Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

K.K. ~~Poes: N.° 1565~~

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

~~Elzevier~~
~~B 32~~ 5
KW 235
E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

IANI LERNVTII INITIA, BASIA, OCELLI, & alia Poëmata;

Quorum ſeriem pagina proxima indicabit.

Ab ipſo auctore publicata.



LVGDVNI BATAVORVM,
Apud Ludovicum Elzevirium.
cIↃ IↃ c XIIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Continentur hoc volumine

INITIA, æterni Numinis omnipotentiæ devota.

EPIGRAMMATVM libri duo.

TROPHÆA AVSTRIACA, victorijs Alberti Archiducis erecta.

PAX BELGICA, ad Ambroſium Spinulam.

IDYLLIORVM SACRORVM decades duæ.

PRÆLOQVIA ENCOMIASTICA.

BASIA.

OCELLI.

ELEGIÆ.

ODA.

EPIGRAMMATVM farrago.

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

Typo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Typographus Lectori.

ACcipe, amice Lector, hactenus deſiderata Iani Lernutii viri Clariſſimi Poëmata, non mutila, quemadmodum antea ſunt edita, inſcio fere autore: ſed fideliter ex ipſo autographo typis elegãtibus deſcripta, magnaque ac luculenta acceſſione aucta. Cætera quæ penes ipſum adhuc ſunt, tanto majori cura urgebimus, quanto hæc tibi eſſe gratiora cognoſcemus. Vivit namque etiamnum ſupereſtque Muſarum illud corculum, quem defunctum ante decennium & quod excurrit, falsò crediderunt, qui Ligniaci OCELLORVM & quorundam Iuvenilium Carminum novam editionem adornarunt, adijcientes ijs Iani Gulielmij & Valentis Acidalii poëmatia; ut ſic quaſi beatis Trigæ iſtius Manibus parentaretur. Sed errore hoc humano ipſis condonato: ſcias Lector, plurima partim ſtricta, partim ſoluta oratione ſcripta clariſſimum Lernutium adhuc in ſchedis habere: quæ bono

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

bono publico lubenter emittet, niſi refrigeratus a te fuerit. Studium enim calcar addit non ſcriptoribus modo, ſed & nobis, quorum arti ac induſtriæ nullum eſt pretium operæ, niſi cum Muſis ſua conſtat dignitas. quarum meros amores ac delicias eſſe hunc poëtam, ſæpe Lipſius, ſæpe Douſa publice teſtati ſunt. Quorum tamen hedera non eſſe huic vino opus, ipſe judicabis, ubi guſtum ab ijs petieris. Eſt autem non Chium, non tranſmarinum, ſed in ipſa Italia natum. Mere οἰκογενὲς, & quod Romuli nepotes apponi ſibi non indignentur, neque Æneadum mater nectari Deorum poſtponat: cujus quintam, ut illa ait, partem, in Lernutianis præſertim BASIIS lectoribus propinat.

IANI

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

IANI LERNVTI
INITIA,
AETERNI NVMINIS OMNIPOTENTIAE, MAIESTATIQVE INENARRABILI

deuota.

A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

IANI LERNVTI
INITIA.

I.

De creatione Mundi.

HOc quodcunque vides quà mœnia porrigit æther,
Ante ſatum tempus res ſine luce fuit.
Segnis in ignauo moles torpebat aceruo,
Quam faber è nihilo iuſſerat eſſe Deus.
Atque ubi nunc tellus ſtat mille coloribus alma,
Effuſo latices incubuere mari.
Sideribus caruere ſuis Iouis aurea templa,
Nullaque præſcriptas aſtra obiere vices.
Oceanuſque vagans laxis errabat habenis
Qualibet: obruerant culmina montium aquæ.
Spiritus uſque ferebatur ſuper amnica terga,
Spiritus altipotens cuncta agitantis Heri.
Ille ratas partitor opes digeſſit in orbem,
Diſsita materiæ membra ligans numeris.
Quo cœtu genus humanum ſe ſuſtulit? vna
Conſtabat primo vir mulierque domus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Alba dies quæ nunc florenti ſole renidet,
Noctis in obſcuræ merſa erat ante ſitu.
Nox Erebi coniux horrenda nigrantibus alis
Candentis Lunæ clarificata face eſt.
Totq; oculis micat aucta modo, quot lumina vertex
Celſus habet, gyro circumeunte celer.
Iamq; catenatim conſtrictis nexibus apta
Pergunt alternis irrequieta rotis.
Cum ſubit vna, fugit ſubito altera; cum fugit iſta,
Altera mox ſimili lege reuerſa ſubit.
Nulla peregrinis gens eſt ita barbara in oris,
Quæ cæli certas non ſciat eſſe vias.
Artificis domini enarrat miracula Mundus:
Illius & Superûm regia cantat opus.
Nobile opus, quod præpetibus vehit anxia pennis
Gloria, perpetuis concelebratq; notis.
Quis vultum attollens ſubluſtri noctis in vmbra
Stellarum ardentes non ſtupet ire globos?
Hic Anguis ſerpens ſinuoſa volumina torquet:
Hic Aquila & Vultur ſidera clara volant.
Parte alia fulgent Hyades; ibi ſplendet Orion:
Hinc Canis exoritur; proſilit inde Lepus.
Vel cum mane nouo iubar emicat Oceano alto,
Quis non miratur purpurei orbis iter?
Siue coma intonſa iaculetur ſpicula longe:
Et rubeat candens ignicolore gena.
Non ſecus ac iuuenis thalami penetrale relinquẽs,
Vnica cui nuptæ cura placere nouæ;
Murice bis tincta chlamyde procedit amictus:
Ex auro & gemmis ſplendida texta gerens.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Seu cum decurſo magni impiger æquore Circi
Trans Abylen properat condere lucis equos,
Par centum-gemino vireſq; animoſque Giganti;
Carcere ab Eoo ad littus Atlantiacum,
Omnia vitali perluſtrat vbique calore:
Omnia producens auget, & aucta fouet.
Tunc reliqua Erronũ verbo edita & addita ſigna:
Tunc cœli zonis quinque ligata fides.
Illius arua leuis ſuprema ſibi abſtulit ignis,
Conſtantiq; locum mobilitate tenet.
Quem iuxta per inane vagus diffunditur aër,
Quaſlibet in ſpecies ſe variare potens.
Partibus aëriis mundi terra inſita ſidit:
Ne quoquam inclinet pondere nixa ſuo.
Hanc circum tumidi late maris æſtuat vnda:
Sed fines quos non egrediatur, habet.
Deliciis opibuſq; parens illa omnium abundat:
Et ſibi multiplici pulcra decore placet.
Nunc ſola tranquillo protenditur æmula Ponto,
Temperie fœlix, frugiferoq; ſinu.
Ipſa modo exortis ſua ſpectat in amnibus ora:
Et ſpeculo formam non meliore colit.
Nunc alte elatis contingens rupibus aſtra,
Nudato auctori vertice ſacra facit;
Fumiferam exhalans nebulam, ceu turis odores:
In niuea ad talos vſque fluente toga.
Aut facit, aut feciſſe lubens mihi ſacra videtur,
Quæ cœli ante oculos tam prope templa gerit.
Quid nemora in nubes illinc ſurgentia dicam?
Cum ramos veluti brachia panſa leuant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Nonne ſuſurrantis ſtrepuere ubi momine venti
Dulce Deo carmen pſallere velle putes?
Aut ubi præcipitans denſo ruit agmine lympha
Saxa per & valles, hoc meditatur idem?
Certe auiũ omne genus cernis Domino ora mouere:
Dulcius hoc nulla quo magis arte canunt.
Tu Philomela melos una inter mille volucres
Contento pernox emodulare ſono:
Succedet cum luce tibi ſublimis alauda,
Æternumq; Deum laude ſub aſtra vehet.
Septenaſq; iterans iucundi gutturis odas
Ad vitæ verum nos animabit opus.
Fallor? an & mutæ pecudes & ſecla ferarum
Voce ſua implorant quà pote quaque Deum?
Per ſiluas taurus mugitu ſidera pulſat
Ieiunum quoties incitat atra fames.
Getuluſque leo fremitu ſibi pabula poſcit
Syrte in arenoſa cum dapis errat egens.
Marmore ſub vitreo pelagi gens muta natantum
Numinis in laudes non taciturna meat.
Aſpice cum motu pinnarum cœrula verrit,
Ipſius in laudem cœrula verſa ſtrepunt.
Ros laticis fluidi diſperſus in aëra ſurgit,
Quoq; poteſt cultu ſubſiliendo litat.
Nereides concha excitæ Tritonis adunca
Illi etiam feſtos explicuere choros,
Nutricumq; tenus ſurrectæ è gurgite cano
Exultant iactis in ſua terga comis.
Per freta Nereides, Dryades per florea prata,
Ad calamos Fauni cerea membra mouent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Et ſimul in numerum diuina voce cauentes
Alliciunt ſocias vndique Naïadas.
His ſeſe agglomerant de ſerto monte Napeæ,
Quercubus & patrijs abditæ Hamadryades.
Mox thyaſos vna inſtaurant: Pan Mænala linquēs
Aduolat, atque huius dux amat eſſe gregis.
Adſpice quum picto per nubila fulſit in arcu
Nuntia Iunonis, & ſola celſa ſecat.:
Non falſo Thaumante ſatam finxere; Dei ingens
Hoc arcu in gentes ceu iaculo exit honos.
Adſpice diſtinctum ſegmentis quattuor annum.
Princeps ingreditur Ver tenerum orbe ſuo:
Cui victrix Cytherea, Cupidine læta gemello
Iungitur, & iunctis paſſibus arua premit.
Mobilis anteuolat Zephyrus prænuncius ales,
Et dominis placido murmure ſignat iter.
Flora quibus genitrix noua germina ſubijcit vltro,
Serta parans agili vermiculata manu.
Inde loci flagrans ardoribus ingruit Æſtas:
Aſſeclaq; æſtatis pulueruleuta Ceres.
Flamina tunc oriuntur Eteſia, munere quorum
De medio frangit ſe calor ille die.
Os inde Autumnus profert: ſimul Euius Euan,
Incinctus viridi palmite mite caput.
Hinc tempeſtates incerta fronte ſequuntur:
Atque animæ aurarum diſparitate leues.
Sæpe aquilo tergit cœlum: ſæpe inficit auſter:
Nubium hic exactor; fulminis ille potens.
Tandem Bruma niues oppreſſis ingerit agris:
Fluminaq; in glaciem frigore nectit hiems.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Triſtis hiems, cana crines aſperſa pruina:
Extructumque tremens artubus ante focum.
Ordine perfecto ſic ſingula quæque creata
Artificis referunt dia magiſteria.
Nos quoque, nos illum merito tollamus honore:
Dignior eſt nemo quem lyra noſtra crepet.
Contulit ille manu larga ſua munera nobis:
Et mentem infundens de potiore penu,
Ipſe ſui in terris voluit nos inſtar habere,
Quos propriam è terra finxit ad effigiem.
Spargite tura pij ſuccenſum maſcula in ignem,
Et coſtum liquido fulgure flamma cremet.
Cum donis Arabum, cum diti meſſe Sabæa
Addite ter magno vota preceſq; Deo.
Te iuuet ante omnes fidibus contendere mecum,
Et plectro Æolios adtenuare modos,
O Genuæ, ô Morinûm noua lux & gloria Adurne,
Mopſopio cuius labra liquore madent.
Cui cytharæ ius omne ſuæ tranſcripſit Apollo:
Quem lauit puris virginei amnis aquis.
Qui conſtans inter turbas pietate fideq;
Nil colis antiqua relligione prius.
En præeo ſupplex, cum mens feret ipſe ſequeris.
Sed quis ab ætherea canduit arce nitor?
Per ſudum rapido ceu fulminis igne coruſcans
Panditur Auguſti Principis aula mihi.
Hic vbi cuncta Pater nutu pollente gubernans
Iura polo & terris diuidit atq; mari.
Axis in excelſi dorſo ſupereminet aulla:
Qua nulla humanæ vis rationis adit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Stant adamante fores: tecta ardua iaſpide ſurgũt:
Beryllo paries chalcidicumque micant.
At trabibus camera auratis effulget eburna
Flammarum ex omni flumina parte vomens.
Exteriora domus complectitur atria ſerpens,
Omnia qui placido pectore preſſa terit,
Perpetuumq; virens ſquamoſi tergoris auctu
Damna vetuſtatis ſpernit adacta procul,
Et tacito relegens in ſe primordia lapſu
Inſerto caudam mordicus ore tenet.
Hic ſolij æterni Rector premit aurea ſcamna:
Quem penes hinc Virtus, inde Iuuenta colit.
Pulchra Iuuenta, capillitij ſpectanda decoro:
Virtus inuicto robore fulta iecur.
Altera cœleſtis diſponere fercula menſæ,
Et niuea nectar porrigere apta manu.
Fortior hæc regni ſummatum extendere porro:
Et valida hoſtiles vi repuliſſe metus.
Sub pedibus Fatum Naturaq; dædala rerum
Aure cata acceptant iuſſa miniſteria.
Temporis hinc fons emanans cita ſæcula voluit:
Explicat hic ingens Amphitheatra locus.
Motus ab immoto vires capit, & rotat orbem
Arguto ad normam conueniente pede.
Illa etiam nutus Diua hic obſeruat heriles
Quæ res humanas pulueris inſtar agens,
Proterit & faſces pulchros ſæuaſq; ſecures,
Nullius ad gemitum flexilis aut lacrymas.
Hic ſeſe ille ſua ſic agmine lucis obumbrat,
Vt viſu indigetes vix eam adire queant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Indigetes Diui, gens liminis accola ſacri:
 Sortis inæquali proſperitate pares.
Carminis aſſidui concentibus aulla reſultat.
 Suſpicior: hinc nobis mens quoque tacta calet.
Alme Parens ſalue: Mundi genialis origo:
 Condita qui macto numine cuncta regis.
Salue rerum opifex: Hominum ſator optime ſalue:
 Te coram flecto mentis vtrumque genu:
Intendenſq; manus ad cœli cærula, quæſo
 Exue noſtra malis corda cupidinibus.
Et pelago triſti immerſos ſacra ad atria tolle
 Illa, tui memores quà patria alta manet.
Da tandem liceat ſecuris pectore læto
 Condere grata tibi, promere honora tibi.
Nil falſum poſt hac, nil ſuſpiciamus inane:
 Sed quamquam hic clauſi cortice corporea
In te animi vigiles pergamus figere viſus:
 Et luſtrare caput principiale boni.
Tu ſplendore tuo ſquallentis pondera maſſæ
 Diſcute, tu tenebras nubilaq; atra fuga.
Liquida tu lux es: te cernere ſumma voluptas;
 Extra te nulli quæ capienda patet.

II.

ODA CATVLLIANA, SIVE
Hymnus Dauidicus CIIII.
Diuinæ Majeſtati D.

IAm cito pede nox vaga
Dux choris vigil aſtricis
Lucubrante crepuſculo
Axis occidui vltimum
Tendit ocyter orbem.
Iam leuis ſimul auolat
Somnus, egelidæ necis
Frater, & nigra ſomnia
Secum ad vlmiferam domum
Ditis oſtia raptat.
Iamq; Sol rubet albicans,
Clara ſtirps Hyperionis:
Et mari madidam comam
Terſus ad iuga gemmeos
Frenat aurea currus.
Dumq; purpurea manu
Ætheris reſerans fores
Spargit omne genus roſas,
Auræ herum Oceanitides
Alitem comitantur.
Et modò viridis ſoli
Terga nant humiles; modò
Euolatu agili ſecant,
Prorſus vt ſaliſubſulæ,
Æquor aëris amplum.

Ipſe

Ipſe Iupiter in globum
Mole cyanea patens
Omnia vndique contegens
Ad noui iubaris decus
Ridet ore ſereno,
Nectariſque madens cadis
Et dape ambroſia ſatur;
Immo amore mero calens
Coniugis cupide in ſinum
Stillat imbre minuto.
Rore magna parens leui
Canet humida, & excitis
Cuncta circum auibus ſtrepunt.
Qua caput Dea floridum
Luce tollit in alma.
Vna præ reliquis melos
Suaue luſcinia integrat:
Perque frondiferum nemus
Eſculi modulans, aues
Vincit vnica centum.
Quare age, ingenij procul
Pelle mens quoque nubila:
Corque lætitia erigens
Montis Aonij editum
Perge ſcandere callem.
Ac die vegeta auſpice
Septichordem anima lyram,
Carmen eiaculans pium,
Quod leas iterum ac tygres
Saxaque attrahat ipſa.

Quale

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Quale nec volucres freto
In Sicano Acheloides,
Nec ſpecum prope Strymonis
Inter Iſmarias feras
Auſus eſt pater Orpheus.
O Deûm ô hominum ſator,
Rerum origo ſacra omnium.
Quam tua cluit omnibus
Mira magnificentia
Parte didita ab omni!
Te decor liquidi induit
Veſte luminis, & ſuo
Te ſuo ſibi gloria
Quantacunque poteſt ſui
Circat ambitu honoris.
Claritudine candicans
Sic amictus es aurea:
Romula ex humeris velut
Pendeat tibi ſyntheſis
Igne muricis ardens.
Tu profunda rotabilis
Mundi, & incita cœrula
Tegminis vice porrigens
Tendis haut ſecus ac cauo
Panſa vela theatro.
Tu tuæ in medijs aquis
Ponis atria Regiæ:
Nube ceu equite vteris:
Te miniſterio vehit
Aura præpetis alæ.

Promta,

Promta, more ſatellitum,
Stant ad imperium tuis
Flabra, fulmina, nutibus
Frontis ut dominæ ſtatim
Iuſſa facta ſequantur.
Stat ferax ſolito ſitu
Veſta, ſtrictim adamantinis
Roborata ita vectibus,
Nulla dehinc queat ut manus
Hanc mouere per æuum.
Texeras tamen inuiam
Ante, tanquam habili ſtola,
Marmore Oceano: & liquor
Tunc cacumina montium
Celſa ſalſus obibat.
Quaq; nunc Deæ Oreades,
Quaq; Hamadryades Deæ
Ductitant choreas leues,
Tunc cubilia fluctibus
Horruere marinis.
Aſt vbi increpuit tua
Vox minax tonitru graui,
Ilicet, trepido celer
Intimum retro ad alueum
Fugit agmine Nerei.
Fugit, & penetrabilis
Sic timor pauidum impulit,
Lapſa poſt quoque ſecula
Inde ſemper vt anxius
Æſtuans tremat vndis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Tunc ſuperbia liberis
Creuit aſpera montibus:
Tunc iacere reconditis
Viſa vallibus eſt humus
Fertili vbere læta.
Sed Tridentifero ſua
Tunc repreſſa vagantia;
Neue terram iterum obruat
Certa limitibus fero
Stant repagula certis.
Nam nigri licet æquoris
Sæpius fremitu tumens
Litus adſiliat, tuæ
Non tamen ſibi tranſilit
Scripta candida calcis.
Fontium nihilominus
Prodigis ſcaturigines,
Quæ ſuſurrigero indidem
Per retrita volubili
Murmurant pede ſaxa.
Vſque, dum coeuntium
Hinc & hinc ſimul amnium
Viribus, tacitum citent
Flumen, & noua ſurrigant
Fronte cornua toruâ.
Vnde quadrupedes bibant
Cerua, lynx, leo, hyæna, aper:
Vnde bos, equus, atque ouis,
Denique ipſe onager ſitim
Sedet aridam abundans.

Propter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Propter has volucres larem
Conſtruunt variæ, & comis
Arborum viridantibus
Abditæ, indocili canunt
Carmen arte melodum.
Arcis æthereæ è domo
Montium iuga compluis
Affluenter: & infima
Perpluens ſola, rerum opes
Elicis generatim.
Ergo fœnum animantibus
Surgit vtile beſtijs:
Noſtro olus generi viret
In cibum: omnibus omnia
Dantur hinc alimenta.
Inter innumera & latex
Commoda eſt Bromius: cruces
Qui malas ſubito eijcit
Pectoris ſubiti, eluens
Liber inſita amara.
Vſus eſt oleæ, nitet
Quo ſerenior adſpici
Vultus: eque ſiligine
Panis eſt niuei vigor
Vita pæne homini alma.
Humor aërea hinc tuus
Irrigans nemora arrigit:
Tendit hinc Libanus tibi
Brachia, & cedrino arduus
Aſtra vertice pulſat.

Nido

Nido ibi tepido incubi
Paſſeres tibi pipilant:
Hinc Ciconia glotorans
Nexile hoſpitium ſibi
Firmat abiete in alta.
Alta ſcrupea rupium
Incolit capra cornipes:
Saxeæque crepidinis
In cauo penito latens
Otiatur Echinus.
Tu notha face Deliam
Noctis alloquium facis:
Menſtruiſque recurſibus
Terminantem iter annuum
Ducis actor in orbem:
Ille cœli honor, arciger
Ille Sol equitans, cui
Hirta cæſaries, gena
Lenis & rutilo caput
Cingit igne corona.
Qui modo vnus Olympico
Curſor in ſtadio emicat
Poſt diei obitum; ſtata
Sic vice Heſperias abit
Te regente ſub vndas.
Nec mora, illo abeunte Nox
Prodit, & tenebræ ad pedes
Strenuæ, in tunica nigra
Rebus hac ſimul ingruunt,
Auferuntq; colores.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Tum fera è latebris gradum
Effert effera, prouide in
Anteceſſum acuens, nouans
Arma dentium & vnguium
Cote ventris egeni.
Tunc quoque ore leunculus
Rugiente dapem petit,
Te patrem, & ſiluas metu
Perſono quatit, vt famem
Mitiget ſtimulantem.
Rurſum Eoa vbi Memnonis
Mater æquore proſilit,
Icta cuſpide luminis,
Mox caterua rapax, ſua
Quæque luſtra recurrit.
Tutus interea labor
Curuat agricolam: vias
Et viator it auias
Tutus, Idalium aduehat
Donec Heſperus aſtrum.
O ter vne, Dieſpiter:
Rerum origo, hominum ſator,
Quam ſtupenda opera omnibus
Sunt tua! ordine vt omnia
Recte & omnia curas?
Plena muneribus tuis
Terra: plenum etiam & capax
Eſt mare, innumerabiles
Cuius in gremio natant
Muta ſecula piſces.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Nullum enim illa animans alit
Tam noua ſpecie inſolens
Regna qua ſua poſſidet,
Quin & huic geminum ferax
Pontus ipſe alat in ſe.
Cuius arua ſecante arant
Aere, veliuolæ rates:
Quarum ob inuidiam expuunt,
Altè vim fluidam, in ſalo
Luſitantia Cete.
Omnia iſta reciprocam
Quæ trahunt animam, omnia
Surſus ora leuant, ſuo
Pabula vt ſua ſingulis
Apta tempore dones.
Das ea ex libito, data
De manu capiunt, manum
Quumq; munificam ſemel
Pandis, omnigena affatim
Largitate beantur.
At ſimul faciem oculis,
Torpida, attonita ſtupent,
Flabilemq; vbi ſupprimis
Halitum, in cinerem illico
Vnde nata fatiſcunt.
Sin vigore iterum tui
Illa flaminis imbuas,
Proletaria candidam
Efferunt ſubolem, & modis
Omnibus iuuenantur.

Regnet inclyta maximi
Virtus optima numinis,
Sit ſuorum operum Deus
Fautor, vt ſolet, & volens
Oblectetur in illis.
Sanctus Omnipotens Deus
Qui ſolo intuitu ſola
Terrea imitus excutit:
Cuius ad digiti leuem
Tactum Athos metu anhelans
Fumat, aut Rhodope, aut Athys,
Caucaſuſ-ue vel Adula,
Aut Atlas, nebulam hiſpidam
Rorulenter in aëra
Erigente pauore.
Illi ego mea dum mihi
Clotho licia protrahet,
Dumq; ero, Æoliæ fidis,
Vt patri, vt domino, canam
Rite carmina plectro.
Lenibus precor imbibat
Noſtra dulciter auribus
Cantica. Hoc ſi erit, exſulent
Porro triſtia, nam Deo
Lætus vſque agam in ipſo.
Omne ſic etiam nefas
Stirpe cum penita occidat,
Reſtet vt ſceleris nihil.
Tu Deum mea mens cole
Laude tergemina vnum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Voſq; item pueri, ſenes,
Coniuges, vidui, iniuges,
Quotquot ipſius in fide
Eſtis, vnanimi Deum
Voce concelebrate.

III

MELOS,

De prouidentia Dei.

O Stirpe dia Diuæ Aganippides
Nouem puellæ: ſeu violis comam
Cultam implicatis, ſiue lætas
Plauditis ad citharam choreas,
Phœbi ſonantis, quâ bifidum caput
Sublimis altum tollit in aëra
Parnaſſus, obliquumq; lympha
Currit iter pede fuſa equino:
Seu celſa cœli templa decemplicis
Tenetis, orbes inter Olympicos
Seſſim canendo, dum citatur
Ad numeros ſuperûm aulla veſtros:
Lyræ potentes huc age Virgines,
Viragineſq; numine dextero
Adeſte mi Camenæ amenæ:
Labraq; melle mea imbuentes,
Si quando clarum tempore nubilo
Efferre mœſtis auſæ animis melos,
Nunc reſtituti Vatis ore
Promite Pierios honores.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Nunc laude mecum ferte Deum Deæ,
Deum Deorum, Regem hominum ac Patrem,
Mitem bonumq; & æuo ab omni
Omnibus auxilij benignum.
Voces amicas conſocient palam
Quantum eſt piorum, quos auidi è manu
Redemit hoſtis, & periclis
Extulit è dubijs iacentes.
Quos diſſipatos compulit ab domo
Primore Eoæ lucis, & vltimis
De finibus Sarrani Atlantis,
Deq; plagis Boreali & Afra:
Qui ſola terræ per ſola, neminis
Solo ante trita, ſaxaq; & inuias
Ibant arenas, nec larem vllum,
Vllius hoſpitiumue habebant,
Fameſq; fauces aſpera ſtringeret
Araneantes, & ſitis aridi
Interna pectoris perurens
Pæne animam exanimaret ægris;
Blanda æuiterni dum prece numinis
Opem aduocarent, ſubſtitit anxio
Clementer errori, & malorum
Agmina cuncta repente ſpreuit.
Stititq; recti tramitis in via:
Et duxit ipſa dux veluti manu,
E ſolitudinum receſſu
Mœnia eos populoſa ad vrbis.
Ergo ore munes & fidibus Dei
Canant fauorem, perq; fora & domos

Ingentia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Ingentia vſq; vbique pandant
Facta, ſalutiferumq; adorent.
Nam morte anhelis ille ſolens replet
Fibras inanes munere Libero:
Victuq; vires liberali
Redigit in ſua membra lapſas.
Qui Tulliani roboris in ſitu
Caliginoſo, Tænarijs parum
Cernendi ab vmbris, ora leui
Picta colore tulere macra:
Vtque annulati compede ferrea
Suras trahebant, ſic animi fero
Luctu catenatam & dolore
Non minus ægram habuere mentem.
Hac propter æqui quod monitus ſacros
Surda aure ſegnes reſpuerint, Dei
Et dicta plena ſanctitatis
Ire leues male paſſi in auras.
Pœnis ſubacti verum vbi triſtibus,
Et deſtituti longiter omnium
Cura propinquorum, ſuperba
Preſſa in humum poſuere colla,
Dum molli amaras cum prece lacrymas
Deo offerebant, ſubſtitit improbo
Clementer angori, & malorum
Acre genus procul omne abegit.
Tractoſq; tetri carceris e ſpecu
Imo atro Auerni de barathro trucis
Emiſit in campos aperti
Aeris, atteruitq; vincla.

Ergo ore ouantes & fidibus Dei
Canant fauorem, perq; fora & domos
Ingentia vſque vbique pandant
Facta, ſalutiferumq; adorent.
Portas enim vnus vi validæ manus
Portas potenter rupit aheneas
Ipſe, ipſe, ferreoſq; vectes
Ceu tenuem ſtipulam refringit.
Quid bruta certorum opprobria eloquar,
Frugalitatis qui vacui bonæ
In pene deditum atq; ventre
Solo animi ingenium tenebant?
Donec miſelli perniciem ſibi
Seram crearent, perniciem malæ
Vitæ optimum ſuo æquimentum,
Noxia ſi comes apta noxæ eſt.
Morborum adulta nam ſegete obruti,
Guſtu caduco, fercula qualibet
Faſtidientes, victimæ Orci
Iam Styga precipitanter ibant.
Tamen ſupremi cum prece Numinis
Aures adibant, ſubſtitit anxio
Clementer ægrori, & malorum
Semina ſtirpitus ipſe vulſit
Verbique fatu ſimplicis vnico
Omnes ſaluti reſtituit ſuæ,
Sic ſoſpites, ſic recte habentes,
Nulla lues minima vt ſuperſit.
Ergo ore ouantes & fidibus Dei
Canant fauorem, perq; fora & domus

Miranda tollant acta ad ipſas
Signiferi ignimicantis oras.
Ardente grates pectore, debita
Cum laude ſoluant, ſacra velut pio
De more Myſtæ, vbique adorent
Vſq; ſalutiferum lubentes.
Profunda curuis qui maris ambuli
Sulcant carinis, ſalſaq; per vada
Negotiantes, vtriuſque
Excutiunt gremium Amphitrites,
His inter omnes nota potentia
Diuina magni præcipue eſt Dei:
Miracula his ſtupenda nota
Quæ patrat ille vagis in vndis.
Vix orſa profert: turbinis ingruit
Procella vaſti, terga ſalis nigro
Horrore criſpans, inde montes
Voluit agens fremebunda aquarum.
Nunc aſtra in alto tangere penſiles
Fluctu videntur, tartara nunc graui
Caſu relati in ima: cunctis
Frigore diſſoluuntur artus.
Nutant vacillant, non ſecus ac mero
Lymphati Iaccho: mens trepidis abit
Expectorata ſenſu ab omni:
Solaq; mors oculis oberrat.
Sed queſtu amicant quum ſibi ſupplices
Numen Tonantis, protinus anxias
Audit querelas, & malorum
Exitia procul vndique arcet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Sedat furentes præcipitis Noti
 Iras, & Euri, Nerea turgidum
 Tridente placat, ſternit æquor
 Labile mobilitate grata.
Serena ponto pax vbi reddita,
 Lætantur exſultim, atq; alacres ſtrepunt:
 Curſuq; prouecti ſecundo
 Oſtia quiſq; ſubit petita.
Ergo ore ouantes & fidibus Dei
 Canant fauorem, perque fora & domos
 Ingentia vſque vbique pandant
 Facta, ſalutiferumque adorent.
Sermonis illum multiplici vice
 Plebis vel imæ mentibus inſerant:
 Nec non in ipſo illum Senatu
 Nobilium celebri frequentent.
Qui læta magnis luminibus loca,
 Inculta reddit quum libet, & ſiti
 Damnat ſeuera fontibuſque
 Obſtruit os, laticumque venas.
Qui dulci & alma vligine fertiles
 Euitat agros, diluuio obruens
 Prata arua amaro, & hoc colonorum
 Ob ſcelera grauia & profana.
Deſerta contra torrida Solibus
 In ſtagna vertit limpida & in lacus:
 Qui teſqua ſola, ſicca, lymphis
 Vberibus rigat affluenter.
Orbiſque diuerſi è regionibus
 Ibi coactos eſurie locat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Vt tecta moliantur, vtque
Oppida conſtituant & vrbes.
Solo hic arato ſemina diſſerunt:
Vlmos maritant vitibus adſitis:
Complentur horna vnde annuatim
Horrea fruge, mero metretæ.
Hic copia illos omnifera beat,
Hic aere bulgas, prole replet lares
Magis magiſque, nec perire
Labe ſinit pecora his ab vlla.
Poſt certa rurſus ſecula, namque ei
Sic deſtinatum, continuis cadunt
Telis malorum, & atteruntur
Peſtilitate, fame, duello.
Ipſoſque gentis conſpicue inclytos
Auctoritate, natu, opulentia,
Cogit vagabundos relictis
Omnibus in loca vaſta abire.
At preſſum iniquis faſcibus erigit
Clariſque honeſtat faſcibus, & gregis
Ritu feracis ſe magiſtro
Millia multa hominum propagat.
Hæc intuentes lætitiam in ſinu
Condunt ſequaces Iuſtitiæ: at poli
Proterua contemtrix retrorſum
Impietas abit ore clauſo.
Cui ſenſus ergo eſt corque ſapit micans
Læua mamillæ in parte, animum his vigil
Intendat, & quæ et quanta rerum
Sit Domino bonitas videbit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

IV.

MONODIA ITHYPHALLICA.

HAs tibi ad citharam fides apto ſuaue crepantem,
Et nouos veterem in modum pergo mittere cantus,
Mi Rex, mi Deus, vt tui nominis ſacri honorem
Laude concelebrem pia: diſſeramq́; per orbem.
Dum pede aligero citum tempus ibit in orbem,
Omne curriculum meæ ſeruiat tibi vitæ,
Et volo obſequium ad tuum ferueat mea Muſa;
Seu ſagittiferis dies alba ſurgit ab Indis;
Siue præcipitem rubro merget amne quadrigam:
Et ſinat ſpacia æquoris decurrenda ſorori,
Te perenniter euehens, mane, veſpere, & atris
Noctium in tenebris vagæ ſera ad lumina Lunæ;
Sic inquam volo te canat ſemper ore rotundo
Vt vulganda habitabiles tendat orbis in oras:
Dum pede aligero citum tempus ibit in orbem:
Dum ſemel geminis ſimul amputabitur alis,
Ac gradu ſtabile in ſuo nullum aget ſolitũ orbem.
Magnus eſt etenim Deus, magnus, & merito vni
Plenis muneribus cuiq; excolendus honorum.
Nulli fas oculo illius eminentiam adire,
Aut obire animo, licet mentis indole præſtet:
Ac ſit ipſa aquila & fero perſpicacior angui.
Immo de grege cœlitum vita corporis exſors
Quamlibet penetrabili prendat abdita luce.

Geſta commemorant patres, filij atque nepotes
Certatim tua, poſteriſq; intuenda relinquunt,
Et tuam vſque potentiam ſpiſſa voce frequentant.
Ipſe dædala gloriæ tot tuæ monumenta,
Ipſe mirificum decus celſitudinis huius
Quam linguis totidem ſonat mũdi machina cõcors,
Quadriformi opere vndique quot tibi edita mundo,
Corde mecum agili Pater ſedulus meditabor.
Illa tot tua fortia, totq́; clara reperta
Teſtes omnimodè omnibus per ſtupenda diſerti
Plurima, horribilem efferunt dexterã omnipotentis.
Ergo conſimili æmulus ac pari ſtudio illis
Ne forte officio arguar defuiſſe meo vlli
Attollam numeris tuam magnitudinem & ipſe;
Et mei quoque carminis publicabo canore.
Vtq; ſint animo improbo negligenter inertes
Vt ſunt, ingenium applicant quo minus ſuũ ad iſta,
Certa porro hominum vetuſta & nouella propago
Mecum dona tuæ palam concinet bonitatis,
Larga, perpetua, indies excreſcentia & horas:
Promiſſiq; fidem tui, firmã, altam, indubitandam
Oris vtpote maximo ſic ſonore loquetur:
Clemens arbiter orbis eſt, immenſumque benignus,
Tardus ad ſtomachũ, at celer cõtra ignoſcere culpis,
Mitis eſt Deus omnibus, ſupraque omnia celſum
Ipſius pietas caput tollit ardua facta.
Facta Rex tua, te Deum cuncta vociferantur.
Et laudem artificis tibi dant habere ſupremi.
Inter omnia ſed tamen tot tua aurea facta
Te mero eximij tui proſequuntur honore,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Teq; de penito ſinu pectoris Patrem adorant.
Sceptri conſpicuam ferunt gloriam tui, ab ortu
Solis intimo, ad extimum Veſperuginis ortum.
Perq; ſecula gentium longe diſſita ſpargunt.
Virtutiſque tuæ arduum robur vnanimanter
Dum polos ſuper efferunt proferuntq; loquendo,
Ab domo Zephyri vltima, principis plagā ad Euri
Nobilem faciunt tuam fortitudinem vbique;
Et regni memores tui præcellentiam honoram
Viuis, poſtgenitis, velut dextra interprete tradunt.
Maieſtas tua perpeti regnat vnica in æuo,
Et tuum imperium caret termino Deus omni.
Tu manu facili regis ſuſtineſq; labantes,
Lapſos erigis: omnium recta lumina in vnum
Te ſpectant, ſua ſingulis educator & altor
Nutrimenta ſuo ſtatā per vicē ordine præbes. (tum
Quādocunq; aperis manū, quidquid vſquā animā.
Terra vel mare cōtinēt, aut vagū aëre in amplo eſt,
Prompte, largiter, affatim de tuo ſaturatur,
Cuncta Iuſtitiæ docent te tua acta tenacem,
Rebus & tua mens liquet clementiſſima cunctis.
Excubat Deus ad caput tutela aſſidua illis
Qui prece ipſius am.biunt expetuntque fauorem.
Quiq; eum ingenue inuocant fronte mentis aperta,
Vota ducit ad exitus proſperanter amicos:
Supplicum querimonias exorabilis audit,
Si ſui reuerentiam viderit modo in illis:
Iactatoſque periculis aut tyrannide preſſos
In ſtatum veterem adſerens liberos iubet ire.
Sic eſt, rerum hominum parens, deditos ſibi ſeruat.

Sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Sed malo immiſerabiles perdit exitio hoſtes.
Iure ego Aonium melos promere ergo recordor,
Quo decus Domini inclutũ perferã omniũ in ora:
Ora namque alacres pij tunc ſua vniter omnes
Soluent, illius vt canant nomen vſque per orbem,
Dum pede aligero citum tempus ibit in orbem:
Dum ſemel geminis ſimul amputabitur alis,
Ac gradu ſtabile in ſuo nullum aget ſolitũ orbem.

V.

ECLOGA.

Vnius Dei prouidentia regi Mundum.

VEſtigare Deum ſi certa indagine quiſquam
Optat, & æterni penetralia Regis adire,
Non terras, cælum adſpiciat; Deus incolit alta,
Mille poli auguſtis ſpargens miracula in oris.
Nam quid perſpicuum magis eſt cum lumina ſurſum
Suſtuleris, ſuperoſq́ lares luſtraueris infra
Et circa quoquouerſus, quam numinis eſſe
Mentem infinite præſtantem, cuius vt omnes
Naturæ partes vis pollentiſſima manet,
Cuncta mouens, cuncta inſpirans, ac rite gubernãs.
Hoc templum omne vide, quam late tenditur, & quam

Aſſiduo

Aſſiduo gyrans perniciter impete currit,
In noctem vel quod fixis diſtinguitur aſtris,
Vel quod clareſcens in lucem ſole niteſcit:
Quam mira & diuina Dei libratio in illo
Sit plane noſces. Vide & annum Solis vt ardens
Ambitus efficiat: menſem vide vt innuba Luna
Circumagens auctu ſignet, ſenio atque labore.
Quid dicam tenebras ac luces perpetuo in ſe
Orbe recurrentes, vt ſint alterna quietis
Atque operis nobis moderamina. Cetera ſpectent
(Huius enim mundi ornatum qui principe cenſent
Non à diuino perfectum, ſed temere actis,
Inter ſe fruſtis coiſſe in membra globumque,
Deſipiunt mentis, ſenſu omni oculiſque carentes.)
Sidera, mens quibus eſt erectior, ac datur ore
Magno magna loqui: doceant nos aſtra periti,
Quæ nauis curſum per cærula lubrica ducant:
Quæ certum agricolis inducant tempus arandi,
Et ſegetis flauæ in meſſem dent mittere falcem.
Singula quæ quanam fuerint ratione locata,
Quotue modis choreas obeant Circo incita in alto,
Nemo niſi ingenij cæleſtis acumine prendit.
Quid cum tam ſtabili frugum variante tenore
Temporis ordo ſacer ſibi competit, anne parentem
Auctoremque ſuum teſtatur? amabile ſertis
Ver caput vmbratur floreſque excludit odoros:
Spicifera eſt æſtas: Autumnum Pampinus ornat:
Palladijs hiberna vireſcunt tempora oliuis.
Quam ſeriem ſic continuam niſi maximus ille
Dirigeret Rector, certæ rationis habenis.

Turbari

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Turbari facilis foret, & ſine legibus iret:
Ipſaq; conſciſſis gemeret natura capillis,
Et pulla faciem veſtiret nubila palla:
Ceu Phaëthonta nouum, ceu Deucaliona maneret.
Iam quantæ prudentiæ, hiems ne frigore terras
Vreret vna, aut vna æſtas ardore cremaret,
Veris & Autumni medias interſerere Horas,
Horas clementer molles, vt tranſitus anni
Pergat ita innocuo ſua per veſtigia flexu.
Pontum cerne. velut freno conſtringitur acta:
Et nullo refluos errore reciprocat æſtus.
Cum litus bibulum petit vnda, Venilia dicta eſt;
In ſeſe remeat ſi quando, Salacia fertur.
Arboreos ſpecta fœtus, animantur ab ipſis
Viſceribus terræ, ac fotu nutricis aluntur.
Fontes contemplare, fluunt per prona citato
Gurgite, nec venis vſquam ſitientibus hærent:
Aut hic ſi pereunt, alia caput è ſcatebra exſerunt.
Flumina contemplator, eunt exercita ſemper
Curſibus obliquis rectiſq; & pocula præbent.
Largiter ex æquo generi noſtro atq; ferarum.
Quid loquar vt montes erecto vertice ſurgant
Illic: hic flexo declinent tramite colles
Paullatim, aſt alibi valles ſinuentur in arctum:
Lataq; planicies alibi æquora pandat aperta,
Æquora camporum: vaſtæq; ſubinde paludes
Æquora protendãt liquidarum ingentia aquarũ?
Vlteriuſne ſequor collata animalibus arma,
Tutelamq; ſui? verſu deſcribere formas,
Tam varias, tã multiplices, vix dextra mea audet:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Vnguibus hæc bellantur: Habent in tergore tela
Pars non parua: gerunt ſæuos pars altera dentes:
Altera pars camuris defendunt cornibus hoſtem.
Hæc corio armãtur: ſquãis clupeata mage hæc sũt.
Teſtarum nonnulla mouent ſub tegmine pugnam.
Iſta pedum celeri motu diſcrimina vitant:
Euadunt alia in tutum penna alite vecta.
Ipſa Deum artificem cum primis noſtra fatetur
Forma: ſtatus rigidus, vultuſque erectus in altum:
Lumina ceu ſpecula in vigili ſunt fronte ſub alba:
Sunt poſiti ſenſus reliqui velut ardua in arce.
Sed longum eſt ſingillatim percurrere cuncta.
Nil eſt in nobis membrorum, quin decor illi
Sit ſinus atque vſus. quodque admirabile plus eſt
Omnibus vna eadem facies, ſed cuilibet oris
Quoddam deflexum eſt ſpecimen: ſic eſſe videmur
Inter nos ſimiles, cœtum cum cernimus, at cum
Spectatum viſus modo in hunc modo vertimus illũ,
Diſſimiles reperimur: ineſt ſua cuiq; figura,
Intuitu facili præbens diſcrimen apertum.
Quid ratio conſtans naſcendi? innata cupido
Quid generandi, an non diuina a mẽte profecta eſt?
Vbera lacteſcunt, ſuboles vbi muſtea ventrem
Impulit exultans maternum, atque exitio inſtat
Limen ad Egeriæ, felici vt lacte adoleſcat.
Nec ſolum toti mens rectrix conſulit orbi:
Accurat partes etiam. ſeruatque minores.
Inſula deficitur ſemota Britannia Sole:
Sed maris occidui recreata tepore vigeſcit,
Quod cupide ambitam trepido circumluit æſtu:

Obnuptamque ſtudet ſibi ducere lege marita,
Surgere tot paſſim Veneres quia cernit in illa.
Præq; illa Idalum ſpernit vetus atque Cythera.
Nilus in æſtate creſcit: perque arida abundans
Arua, Paretonium rigat omne & Oſiridis oras
Vnicus in terris Ægypti totius amnis,
Septenòque ferox cornu decurrit in æquor.
Aſſyriam colit Euphrates, proque imbribus illi eſt.
Conſerere atque rigare orientem dicitur Indus:
Gemmifer Indus, & vno aptus bis frugibus anno.
Quod ſi forte domum introgreßus ibi omnia culta,
Omnia diſpoſita offendiſſes, nempe praeſſe
Reris ei Dominum, & potiorem his omnibus eſſe?
In mundi hac aulla prædiuitis, haud ſecus ipſum
Cum cælum aſpicias, terramq; & ſingula certo
Fœdere tum volui tum ſtare decoriter: an non
Eſſe Deum credas rerum dominum atque parẽtem,
Ipſis ſideribus, mundi quoque partibus ipſis
Formoſum eximiũque magis? Verum eſſe Pronæant
Iam quia non dubitas, dubitas vtrũ imperio orbis
Vnius, anne Deũm cœtu conſorte regatur.
Quod facile ac promtum cuiuis aperire, videntè
Terrena imperia: à celſo quibus æthere ſumta
Exempla. An regni ſocijs primordia regni
Culta fide certa? num fuſi ſanguinis expers
Ambitio diſceſſit? origine ſecula ab ima
Excute. Sceptra duo nunquam geſſere potentes
Concordi ſtudio: commiſit vtrumque Megæra,
Clam ſcelus in ſcenam Tragicis meditata palamq;.
Perſarum mitto Reges. hinnitus equorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Eſt ſolij quibus augur. Omitto prælia Dirce
Quæ vidit funeſta: caſæ memorantur agreſtis
Ob regnum fratres gemini certamen iniſſe:
Nec poſuiſſe odium ſæua niſi cæde piatum.
Et Gener & Soceri ſunt cognita bella per orbem.
Tam magni imperij, ſuberat cui terra ſalumq;
Non cepit fortuna duos. Cape cetera ſolers.
Vnus rex apibus: gregibus dux præminet vnus:
Rector in armentis vnus: tu diuidi in alto
Credas imperij regimen cœleſte, nec vnam
Eſſe Dei maieſtatem, cum clarius ipſa
Luce palam liqueat, diuumq; hominumq; potentem
Æui principium nullum, nullum exitum habere.
Qui generis noſtri cunctis exordia præbet:
Perpetuatq; ſibi vitam: qui mœnia mundi
Cum nondũ exſtarent, pro mundi erat orbe ſibi ipſe.
Qui quæcunq; vides verbo iubet, & ſemel orta
Diſpenſat ratione, potens virtutis in omnia;
Hunc oculis nemo potis eſt contingere; viſu
Clarior eſt. nemo ingenij comprendere luce;
Senſibus eſt maior. quid mirum? mole ſine vlla
Immenſus: ſine motu agilis tranſcendere cuncta.
Omnibus abſque ſitu præſens, & totus vbique
Abſq; loco: variat numquã quem firma volũtas.
Quem neq; mœſta grauant nec mulcent læta ſolutũ.
Cui memori nec tollit iners obliuio quicquam,
Nec temere elapſum quicquam retinentia reddit.
Cui nec præteritum tranſit: nec ſi qua futura
Succedunt. Cui nulla ortum præfixit origo.
Nulla incrementum dabit ætas, innumera vt ſit:

Nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Nec caſus finem. Sed lapſi temporis ante
Curriculum omne viget viuitq; & ſecula ſeclis
Nectens æterno dominatu excellit in æuum:
Principia & fines rerum & media omnia nictu
Inſinuans vno penetrat, volucrisq; ſerenans
Luce ſuperfertur. Tantus ſibi cognitus vni
Quantus in arcano eſt. acies caligat, hebetq;
Ad iubar hoc nobis. idcirco voce parata
Concinimus ſummo Regum præconia digna,
Si nos digna ſatis moliri poſſe negemus.
Eloquar vt mihi mens. Summaium noſſe Dei ſe
Qui putat, hunc minuit: qui parcit laudibus, vt ne
Imminuat, non nouit. Honorem nominis apti
Ne quæras. nomen Deus eſt, vbi concilium ingẽs
Turbaq; quo quem vis deſignes nomine primo,
Aut recte excipias, quærenda vocabula: ſolus
Eſt Deus: ergo Dei noris totum eſſe vocamen.
Quem ſolito de more, Patrem ſi dixero, Patrem
Terrenum eſſe putes, ſi Regem, Rege creatum
Humano, Dominum ſi appellem, morte potiri
Poſſe quoque credes. Auferto age nomina, lumen
Numinis adſpicies clarum, ceu nube remota
Cernimus effulgere diei candida tela,
Sol quoties terſum pedibus perſultat Olympum.
Et procul ex alto micat omnibus ore ſereno.

VI.

ODA SAPPHICA nuncupatoria.

Ad Deum Opt. Max. & ter-vnum.

SANCTE, *quem moles operoſa rerum*
Terna Herũ agnoſcit: tibi ſummus Æther
Cærula extendit, celerique gyro
Currit in orbem:

Nunc diem pandens iubaris coruſci
Luce candentem: modo fulua in auro
Noctis accendens faculis decoris
Sidera puro.

Dumque procurrit, tua facta voluit
Omnibus late populis ſtupenda:
Quæ libro ſignata gerens patenti
Explicat vſque.

Vſque. Nam quæ gens feritate tanta eſt
Quin legat dextræ monumenta fortis:
Et velit nolit fateatur inde
Omnipotentem?

Mater humanos generoſa in vſus
Terra fœcundum tibi pectus effert,
Et caput, virens nemorum auctu, & aptis
Turribus altum.

Vnde tot paſſim pecudes feræque
Pabula excerpunt: genus vnde noſtrum
Dapſili ſemper penore ac parato
Vndique abundat.

Sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Sed licet pectus tibi prodiga amplum
Efferat, tollatque, tamen corona
Sponte ſubmiſſa, diadema transfert
Omne ſuum ad te.
Te maris lymphæ virides adorant
Rore ſubſultim trepido: ipſe Triton
Te ferus concha reſonante laudat
Per freta plaudens.
Nereis cum matre ducem ſecuta,
Concinit laudes pariter, fabrumque
Te poli & terræ pelagique feſta
Voce frequentat.
Denique in textu hoc triplici mouetur
Nil, tibi quod non celebrando certet.
Floris hoc ſpecto gracile inuolucrum?
Aſpice, ſurgens
E ſuo ſenſim calyce ora laxat
In Dei laudes. Hyacinthus illinc
Veſte te in pulchra dominum ſalutat.
Luteus inde
Flos, roſa in claro rubicunda candens
Murice, excludit radios comarum:
Et croci ſemen reſerans tibi omnem
Iactat honorem.
Conditor mundi genialis, o Rex
SANCTE, *qui celſam colis altus aullam:*
Cuius hic vmbram tenuem videre
Vix homini eſt fas.
Te canunt ſeptem gelidi Triones:
Te plaga ardentis veneratur Auſtri:

Et ſolum. Solis rota quod colorat
Ort a cadenſque.
Mens tuo afflatu mihi colliqueſcens
Ardet intentus petere aſtra pennis:
Iamque ſe maior fide Leſbia audax
Cantica fingit.
Sperne vulgarem mea Muſa laurum,
Qua comam ſueſti cohibere laxum,
Et nouæ cælo tibi ſerta quære,
Numinis almi
Laude flauentes religata crines.
Quid queat maius meliuſque dici
Arbitro rerum? ſuper omnia ille eſt
Maximus, atque
Optimus: cui nil ſimile aut ſecundum.
Accipe o ter SANCTE, tui camenas
Vatis, & noſtris numeris amicam
Da precor aurem.
Rite te Diuum atque hominum Parentem,
Rite naturæ dominum, canemus;
Proſperum vitæ, celeremque in arctis
Ferre ſalutem.
Ite magnates alio, ite: cantet
Vos pepo palpans, ſterili labore,
Quem iuuat litus ſerere. Vnus eſt mi
Carmen, eritque
Rector æternus. ſolia ipſa Regum
Cuncta cui ſubſunt: bonitas in æuum
Cuius exundans fluit vſque, ceu fons
Gurgite largo

Plana

Plana peruaſurus ab Alpe præceps
Fertur in valles, ſalebraſque radens
Frugis ad cultum vocat arida vndis
Teſqua rigando.
Nec via laſſus ſua dona profert
Gentibus longe poſitis, in altum
Donec abſorptus maris inquieti
Conditur alueum.

In luce Dei veſtigium meum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

IANI LERNVTI EPIGRAMMATVM, LIBRI II.

LIBER I.

AD ILLVSTRISSIMVM ET REVERENDISSIMVM DOMINVM, D. GVIDONEM BENTIVOLVM, Archiepiſcopum Rhodienſem, Nuncium Apoſtolicum, *Cum poteſtate Lateralis Legati.*

Præfatio Dedicatoria.

A*Vſoniæ ſublimis honor, ſate ſanguine claro*
Heroum, Æmyliam qui tenuere Duces,
Felſina Bentiuolis quum ſubdita paruit olim,
Et belli ſtudijs claruit atque togæ:

Guido decus procerum, quos ardens infula veſtit,
Gentis amor noſtræ Guido, iubarq; tuæ:
Vatibus ingenium facies doctiſque piiſque:
Inq; graues numeros non leue nomen eris.
Mens mihi promta tuas ex ordine pangere laudes:
Et te cæligenis inſeruiſſe choris.
Sed tua te virtus ciuem tranſcripſit olympi:
In terris agitans fers ſuper aſtra caput,
Exſuperaſque diſertorum præconia cuncta,
Cynthius Aonidum Rex licet illa canat.
Viue diu conſors DIS, illuſtriſſime Præſul.
Hoc quod cernis opus, publice in ora virûm
Auſpice te, prodire cupit: modo faueris illi,
Euadet ſeræ poſteritatis opus.

DEVS.

Eſt Deus vnus, apex rerum, licet omnia ſolus
Temperet, haud ſolus. Ter Deus eſt geminus.

LEX.

Lex ſine Rege iacet: nec Rex ſine lege probatur.
Iungantur, populi grex ita ſaluus aget.

REX.

Rex es, diſce iugo virtutis ſubdere collum:
Publicus eſt ſeruus, qui bene ſceptra gerit.

REGIA.

Regia ſcire cupis quid ſit? freta cerne procellis
Concita. Nil tuti, nilq; quietis habet.

Vulgus.

Vulgus.

Hic mos eſt plebis, tempus contemnere præſens:
Quærere venturum, præteritum colere.
Sordet ei omne bonum, placida quod ſorte tenetur:
Delectat vulgum nil niſi quod cruciat.

De vxore non fida.

Defunctum fato Tanaquil tua te Matho luxit:
Perfudit lætis fletibus illa torum.

Ad Scæuolam.

Moroſa atque viroſa tibi quam ducta ſit vxor,
Quæ mutare nequis fac patiendo feras.
Et qua fronte foris occurras lætus amicis,
Socrate cum magno, Scæuola, diſce domi.

Diſsidia hodierna.

Eſt in amore odium, bellum eſt in pace: quis ordo
Conſtet amicitiæ, mel vbi felle madet?

AD CAROLVM,
inſcite ferocem.

Carole pubeſcens æui iuuenilibus annis
Conſilij alterius ſpretor, inopſq; tui es.
Qui virtutis iter rectum tibi monſtrat, eum audi,
Non datur ad verum tendere corde fero.

AD AVITVM,
fortuna dulci ebrium.

Fors fauit tibi amica diu; caue tollere criſtas,
Neſcis quid ſerus veſper, Auite, vehat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Trium liquorum proprietates.

In medio Bacchi ſemper natat Euius humor:
Obtinet alta oleum: mel liquidum ima petit.

In maledicum.

Cur ſic allatret cunctos canis vrbicus iſte,
Quem vox Cerberei ſanguinis eſſe probat.
Dicam. Nulla animi vis eſt aut corporis iſti.
Quo ſeſe extentet nil niſi guttur habet.

Preces ad Dominum Deum Redemtorem generis humani.

Chriſte, Dei proles ſummi, qui ſummus & ipſe
Cum genitore Deus regnas ſuper æthera, ſancti
Flaminis in cœtu conſorti trinus & vnus:
Nec res ex alto contemtim deſpicis illinc
Humanas, ſed mitis ades protector vbique
Omnibus, hinc ad te ſuſpiria qui pia fundunt
Pectore ſubmiſſo, numenque tuum anxij adorant:
Seu ſors incumbat grauior, ſeu dira fremens mors
Cuſpidis intentet non euitabile acumen:
Quum meus ex iſto migrabit corpore ſurſum
Spiritus, inſtantis percuſſus frigore leti,
Quum linguæ vires ſolitas vis morbida tollet,
Hiſcere nec potero: Miſeri miſerere Redemtor.
Tunc pietate tua vitiorum oblita meorum
Me venia licet indignum tua gratia ſeruet:
Inſidiaſque feri defendat Alaſtoris à me:
Ne capiar laqueis, quos callidus implicat anceps,
Ille, hominum generi ſemper metuendus in arctis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Tunc præſens adſis trepido, dum cor mihi pulſu
Deficiente micans præcordia laſſa ciebit,
Vt maneat ſupplex & conſtans muta voluntas.
Solo in te nobis poſita eſt fiducia Ieſu.
Pro quibus adſertor non dedignatus obire,
Sponte tua leto caput obuius ipſe ſacraſti.

Hæreſis ſapientiæ inſanientis propagatrix.

Ex vero certum eſt, eſſe hos rationis egentes,
Et terere incertum relligionis iter;
Aduerſus decreta Cephæ, conſultaque Patrum,
Myſtica ſcripturæ qui monumenta ſacræ,
Permittunt vulgo, manibus tractanda profanis,
Nam vulgum in partes quaſlibet ardor agit
Feruidus indocili motu: ceu concita fertur
Euripi cæcis vnda voluta cauis.
Tum praui plerumque ſequax ſe decipit ipſum
Corda gerens auidis fœta cupidinibus.
Idcirco Vatum meruit per carmina dici,
Multorum capitum bellua: ſiue probas
Dictum, ſeu culpes, poſitum hoc dubitabile non eſt
Nullius capitis plebs ſolet eſſe rudis.
Quis temere huic credat? Peſſum diuina iacebunt,
Dum ſtudium turbæ deſipientis erunt.

Auaritia.

Quod ſit auaritiæ ingenium, ſi noſſe libida eſt,
Specta, auidos prædæ prædam ea ſæpe facit.

In frugiperdas.

Audis cantantes potantes? ebria turba eſt,
Triſtius iſtorum nil queat eſſe choro.

Ad Caſtricum.

Vitam immortalem ſi ſperas Caſtrice, vitam
Corrige mortalem, dux erit illa viæ.

Heracliti dictum vetus verum, Diſcors concordia rerum eſt.

Fluminis in morem contraria cuncta feruntur:
Cuncta coaptantur lite agitante ſtata.
Motibus ætherijs ſtellæ obnituntur euntes:
Inter ſe bellum crebro elementa gerunt.
Tellus acta tremit: crepat ignis: fluctuat æquor,
Aëra turbato murmure ventus obit;
Non ſatis ipſe ſibi conſtans. Nam prælia fratres
Mutua committunt, hinc Aquilo inde Notus.
Tempora temporibus concurrunt, ſingula ſecum,
Omnia nobiſcum. Ver genitale madet.
Aret hiulca æſtas. Autumnus meta calorum eſt:
Aſpera fert nimbos bruma rigenſq; gelu.
Quæq; vides mutare vices alia ordine certo,
Impete conſerto belligerare vides.

Ad Aullum ſerie longa gentis ſuæ glorioſum.

Nobilis, Aulle, domi es. Quid tollis cornua? tanquā
Hinc titulum factis promereare tuis.
Nobile naſcendo nomen male quæritur illi,
Qui nil præter auos cur celebretur habet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Aut animum ſtudijs, aut excole corpus ad arma,
Mars tibi vel Pallas quod cupis eſſe, dabit.

Ad Paullum, de officio mariti.

Vxoris vitiũ aut tollendum aut Paulle ferendũ eſt:
Hoc Varro nobis hac ratione probat.
Qui tollit vitium, fruitur mage coniuge frugi:
Qui fert, ſe meliorem æquanimemq; facit.

In Cauſidicos.

Quam bene concordent legum iuriſq; periti
Lites æternæ nos Comeline docent.

Ad Ioannem Audœnum auctorem epigrammatis arguti ſingularem.

Britonum Oëne genus, merita tibi fronde decorum
Serpentes ederæ circuiere caput.
Teq; ſuos inter conſcripſit Apollo Camillos,
Quorum laus nulla eſt interitura die.
Morus nuper erat clarum decus Angliæ: at illo
Clarior ingentis nunc agis Inſulæ honor.
Quaſcunque extendit ſe ſecta Britannia in oras,
In ſe nobilius te nihil illa gerit.
Nec genere hoc ſcripti, quod mentis acumine præ- (ſtat
(Pace loquar Scotûm) par Buchananus erat.
Maximus ille fuit Vates: quid aperta negemus?
Hoc tamen æqualis non tibi in arte fuit.
Viue diu felix, & latum ſparge per orbem
Nomen ab occiduo trans freta Eoa mari:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Simq; tuus poſthac. Virtus tua te mihi amicum
Fecit, habes animi teſtem epigramma mei.
Fidũ epigramma, manu dextra quod mitto notatũ:
Si mereor, ſimili tu fide necte fidem.

In nuptias opum adſpectu conciliatas.

Diues nummorum cupido tibi iuncta Neæra eſt:
Aſtrinxit veſtrum copula nulla torum.
Non vir tu vxorẽ, non femina adepta virũ illo eſt,
Aurum pallenti nupſit auaritiæ.

Tyranni.

Vita tyrannorum mors eſt mera, vel mare magnum:
Semper inhorreſcunt leti agitante metu.

Nullum violentum durat.

Omnibus exemplis torqueris Amille doloris:
Reſpira: euades. Nemo diu moritur.

In vanum quendam.

Stare diu Celadon iactas te poſſe pede vno.
Nil narras miri, grus quoq; praſtat idem.

Ad C. V. Danielem Heinſium, principem iuuentutis eruditæ.

Heinſi, ne nomen noſtro de carmine ſpera:
Ingenio parta eſt laus tibi ſumma tuo.
Iam nunc conſpicuus ſtas vertice montis in illo,
Nomine quem Graij priſco Helicona vocant.

Altius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Altius hinc coner te tollere? non bene ſanus
Dicar: habes à te quicquid habere potes.
Gratia adeſt ſupereſtq; tibi: tum gloria & ætas
Florida, declarant te genus eſſe Deûm.
Plura quid exoptes? contentus ſorte tua eſto:
Nulli fas viuo ſcandere templa Iouis.

Elogium Vrbis Romæ.

Donec terrori magno fuit Africa Romæ,
Creuit in aduerſam, magnaq; Roma fuit.
Poſtquã Aſia Auſonijs inuicto Marte ſubacta eſt,
Vicit victores luxu opibuſque viros.
Eſt vbi Cæſareis ſeruire coacta triumphis
Se minor euaſit maxima, & orbis apex.
Quis fore credebat tantam, quum raua gemellos
Paſceret infantes trux lupa lacte ſuo?
Aut tutum exilibus quum panderet improba aſylũ
Quoſlibet admittens in ſua ſepta vagos?
Aut ſexus ſequioris inops quum fraude pararet
Arma, Sabinorum vi raperetque nurus?
Tãtula tunc: mox aucta bonis ſucceſſibus, auſa eſt
Quattuor in mundi ſe penetrare plagas:
Conſilijs dextraq; potens & fulmine linguæ,
Æneadum regnat cum genetrice Dea.

Vrbis Brugarum elogium.

Ardua culminibus tectorum adit æthera Brugis,
Ac fama clari nominis omne ſolum.
Qua Sol cumq; iubar ſpargit roſeo ore per orbem
Inclytus in populos illius iuit honor.

Et quanquam motu ciuili preſſa tot annis
Mutarit priſcum ſcæua per arma decus:
Mole tamen pulchra conſtans caput erigit altum,
Et merito Morinûm dicitur eſſe caput.
Debet ei flumen prima incrementa Tabuda:
Vrbis & Atuaticæ maxima origo fuit.
Imo quod externis ſit Flandria cognita in oris,
Hinc eſt: auſpicium luminis inde tulit
Belgica præclarum. Si proxima Tethyos arua
Libera flumineo poſſet adire pede,
Pace Dei poteram cæleſtes dicere veſtra,
Vrbs Grudia in terris pro Iouis arce foret.

Vigilandum.

Vita vigil vita eſt, qui ſomno indulget, habetur
Mortuus. eſt etenim mortis imago ſopor.

De Aſtere Britanno.

Dorotheen ſibi coniunctam poſt funera primi
Coniugis, vxorem Phryx meus Aſter habet.
Addere plura ſuperuacuum. nupta ergo ſecundo
Non eſt illa viro, Candide: bis vidua eſt.
Nã prior ante diẽ in tumulo vt miſere occubat, alter
Sic quanquam viuat, mortuus in thalamo eſt.
Sed quæ non firmis male conciliata maritis
Eſt bis nupta, poteſt nubere quottidie.
Et quidni poſſit? diſcat Berecynthius iſte,
In vidua nullum poſſe ſatis puerum.

Ingratitudo in matrem res inhumana.

Vnice amanda parens, qui matrem non amat, illo
Nil magis ingratum non pecus eſtue fera.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

De Cordalo.

Cordalus exſtantes geſtans in vertice plumas,
Nonne palam oſtendit ſe leue habere caput?

Ad Culianum.

Os calidum vxoris, parſq; illius oppoſita ori
Caldior, exercent te Culiane modis
Ah miſerum miris diriſq;. Quid obſecro gratum
Accidere hæc inter tot tibi monſtra poteſt?
Segnius in pelago rabies Scyllæa Sicano
Nautas infeſtat virgine, piſce, cane.
Sis quamuis opulens, tua iugera vertat arator
Plurimus, adiunctis per ſola ſparſa iugis,
Pectora præduris ſemper geris anxia curis,
Dum tua te coniux culpat, agitque reum.
Dum ius ſacrati contemnit adultera lecti:
Et replet externa prole ſubinde domum.
Noli diuitijs nimium turgeſcere partis:
Quas modo habes; mœcha es cõpare nactus, opes.
Nec titulos emptæ tibi nobilitatis adapta:
Nullum polluto nobile ſtemma toro eſt.
Nec gnatis te crede tuis ſtabilire penates:
Altor enim ſobolis non potes eſſe pater.

Ad Cantarum.

Infantis nati fatum miſerabile luges:
Deſine. mortalem te genuiſſe ſcias.
Præmeditata decet cuncta eſſe homini illa, caducis
Cernimus in rebus quæ variando geri.
Naſcimur in caſus omnes: denaſcimur æquo
Ordine non omnes. ſtat ſua cuiq; dies.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Ille ſenex vietus moritur: cadit alter in ipſo
Flore iuuentutis, vix bene hic ortus obit.
Ponere quis noſtrûm cœlo legem audeat, aut quis
Exſortem dominæ ſe putat eſſe rotæ?
Si ſcis iſta, doles fruſtra: ſi, Cantare, neſcis;
Non fatum infantis, pectora plange tua
Luminis orba. Vides tres regna tenere ſorores
Ferrea quæ trepido pollice fila trahunt.
Illæ etiam ſummis ponunt ſua iura Tyrannis.
Vis vni Lacheſis parcat auare tibi?

In vinoſum.

Fruſtra aſinum cogis ſi non ſitit eſſe bibacem:
Tu peior bruto quadrupede vſque bibis.

Mulier.

Quidnam ſit mulier nemo eſt qui dicere norit,
Non ſi ſit magno maior Ariſtotele.

Non temere iraſcendum.

Pronus es in bilem. Vana eſt ſine viribus ira:
Parce tuis animis Pœte, nocere tibi.

Vindicta.

Eſt vindicta ſitis, ſitis immoderata, cruore
Solo illam effuſo mors ſatiare poteſt.

Pecuniæ ſtudium Regibus perniciosum.

Qui bene vult regnare, modum ſibi ponat habẽdo:
Peſtis enim regni eſt, Regis auaritia.

Ad Somnum.

Nox it, Somne veni, te perfruar alme Deorum,
Quem niſi compreſſo lumine nemo videt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Ad Marcellinum.

Marcelline tumes, tanquam victoria caſtris
Fixa tuis, poſthac optet adeſſe tibi.
Quicquid agis, ſapiẽter agas. Dea præpete plãta eſt,
Alata ad partes Virgo volare poteſt.
Virgo mera, in nexum nullius ſe dedit vnquam,
Ne iam confidas mancipio eſſe tuam.

Ad hæreticum adiaforiſtam.

Quid credas hodie fixum tibi credo ratumq́;,
Credere cras quid ames te dubitare ſcio.

Nemo expers damni.

Vacca inopi periit prægnans, diti puer infans.
In ſe ſic quare quiſque queratur habet.

Tempore ſuo creſcunt ſingula & maturantur.

Gemma tumens in vite, racemus, Pamphile, nõ eſt:
Exſpecta Octobrem, plena erit vua meri.

Ad Lydiam.

Formoſa es fateor: ſed peccas Lydia ſæpe,
Quid ni famoſam te quoque iure vocem?
A me nil metuas, gens te tua vitat & odit.
Oſcula cognatus iam tibi nemo feret.

Ad Michaelem Bultelium, V.N.

Scire cupis qua mente colat te quiſque tuorum?
Vultum ſpecta, animi vultus habet ſpeculum.

Res labore quærenda.

Excute telluris gremium diteſcere qui vis:
Plumbi in ramentis aurea vena latet.

Formam breui perire.

Pulchra tibi facies procero in corpore fulget,
Ne fundamento nitere, Acon, fragili.
Ipſum corpus abit ritu mutabilis vmbræ,
Manſuram ſpeciem corporis anne putas
Adiectam leuiter? fruſtra ſenij adſpicis annos.
Subruet hanc vno febris acuta die.

Vbi vber ibi tuber.

Mella legens volucris cur geſtet aculeum, habeto,
Nil dulce eſt vſquam, quin habeat acidum.

Ad Boſphorum.

Vis belli motum ciuilis Boſphore ſcribam,
Vtque opus aggrediar nobile ſæpe mones.
Huc vſque hortanti ſed non ego pareo, & annus
Ex quo me hortaris iam prope totus abit.
Pigritiæ ratio iſta mea eſt. Dare vela labori
Nolo, quod nimium ſit tua lenta manus
Ponere, quo poſſis ſegnem ſtimulare. Quid an vis
Currat equus, nec vis paſcere curſor equum?
Lampades illuſtri ſemper vis igne micare,
Atque oleum non vis indere lampadibus?
Haud ſapis abſurde Doſon. Tibi quære Vacerrã
Hic alium aut alibi. Non ego litus aro.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Stolida arrogantia nihil vanius.

Qui ſapere ante alios credit ſibi pectus, acetum
Non habet, amenti mente aſini inſtar habet.

Prognoſticon.

Mane nouo quum candet humus candente pruina,
Concolor incipiet protenus ire dies.

De Ioue & Iunone.

Iupiter inſutum femori geſtabat Iacchum,
Deceptæ Semeles poſt ſubitos obitus.
Hinc Iuno, Vxoris quid, ait tibi munia præſtem?
Res modo matris obis: nube age nube mihi.
At frater: Noli, coniux mea, naribus uti:
Mulciber elatam te vetat eſſe tuus.

Iræ moderandum.

Et mare quantumuis magnũ fera murmura ponit:
Cur animos aliquis turgidus vſque gerat?

Mulier ſobria eſto.

Fœmina quæ vino ætatem rigat, ebria quando eſt,
Corporis arbitrium perdidit omne ſui.

In ſuperbum & ſuperfluentem.

Dicere cuncta potes quæ viſa tibi & facere: vnum
Non potes, è lymphis efficere, Almo, merum.

Prognoſticon.

Paſchatis in feſto pluuius quum liquitur æther,
Alma Ceres grauida fruge onerabit agros.

Diſcrimen non temere adeundum.

Quum tibi per ſiluam lupus obuius ibit opacam,
Verte iter, & latebras quærere parce feræ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Ad Vrbicum.

Theſaurum ſtupri tua ſe facit, Vrbice, coniux,
Dum nulli blanda voce rogata negat.

In Rullum.

Rulle, poëtarum culpas temere omnia ſcripta:
Quid tum? ſuntne ideo frugis egena bona?
Sinciput haud dubie inſubidũ tibi menſq; profana *(eſt,*
Omnia lance pari ſi trutinare paras.
Arbitrium hoc alio pendet de iudice. Cur tu
Quum tibi non liqueat præripere illud aues?
Nemo oculis captus Graphices recte æſtimet artẽ:
Cenſor de numerorum indole ſurdus eris?
Nam quamuis ſani conſtet tibi corporis vſus,
Prorſus ad hãc citharã craſſa animi auris hebet.
Quæſo, Rulle, trucem depone ſuperbiam, & audi
Hoc vetus. Eſſe ſuis ſpernere amaracinum.
Diſpudet eſſe ſuem? Ne ſis. Mihi graculus eſto.
Res caue ne poſt hac ſit tibi cum fidibus.
Vel iecori intento faſtus ſi tantus inhæret
Accipere alterius vt bene dicta neges,
Quo tibi pro virtute tua te dignus in æuum
Cedat honos, fias, Rulle, petulcus ὄνος.
Mauis eſſe Mydas? Phryſiæ Rex ergo voceris:
Auriculaſq; palam quas tulit ille geras.
Aut etiam occulte. Tenui licet incita flatu
Arcadicum prodet te mea canna pecus.

Vulpinandum quandoque.

Si nequeas hoſtem ſub pelle domare leonis:
Indue vulpinam, vis erit apta dolis.

Sermo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Sermo index animi.

Noſcere ſi cupias aliquem, facito ora relaxet
In verba, è verbis quis ſiet ille ſcies.

Prognoſticon.

Auguſto quum menſe pluit, lætentur agreſtes,
Aut mel aut muſtum lætifico imbre cadit.

Diues ineruditus.

Diuitijs pollens, ſed nulla animum arte politus,
Velleris aurati ſit tibi, Codre, pecus.

Virgo formoſa imperatrix ſilens.

Bella nurus facie, loquitur ſine voce, nec vlli
Vim parat, & cogit ſe tamen vſq; ſequi.

Ad Pamphilum.

Cantor cui dulcis modulatio Pamphile cordi eſt,
Merces in reſono gutture ſemper habet.

Diſcordia nobis pene exitio fuit noſtra.

Publica res bene habet, quoties habet, Aulle, Catonẽ:
Prætor vbi eſt Verres, in nihilũ ancta cadit.
Noſtra iacet peſſum. Ne quiſquã incuſet Achiuos,
Troiugenis prædæ Dardana turba ſumus.

Ad Ieremiam Pierſſenæum, ICtum.

Prætexto tenui veletur corpus in æſtu:
Pannus per brumam commoda veſtis erit.
Eſt toga Pierſſenæe tibi geſtanda prope omni
Tempore; iuridico conuenit illa viro.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Vtere conſilijs igitur. Nam torridus in ſal
Aer momentum grande rigenſq; gerit.

Muſica.

Muſica in auriculis oculos habet: illice cantu
Ad ſe ſpectandum corda animoſque rapit.

Mors.

Græcorum ritu Mors neſcit auara Kalendas:
In quemuis quouis tempore ſæuit atrox.

Ad Fabullum agreſtem abnormemque.

Si tam eſſes lepori ſimilis, quam corpore fœdo
Ruſticus es, canibus præda, Fabulle, fores.

Ad eundem, Nomen Margaridis eſſe plerumq; ominis ſcæui.

Ducta tibi coniux & dicta eſt Margaris. abſit
Fors procul atra, tamen te manet illa domi.

Ad Dindymam.

Alter te laudet, tu te caue, Dindyme, laudes,
Sordida de proprio laus fieri ore ſolet.

Conſuetudo altera natura.

Potus heri fueras, iterum petis, ecce, tabernam:
Ad vomitum video ceu canis, Aulle, redis.

Res mortalium incertæ.

Gaudia nemo ſibi præponat craſtina: fallit
Spes hominum fragiles ſæpe hodierna dies.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Quies domeſtica vagæ peregrinatio-
ni præferenda.

I primo ex oriente cubilia ad vltima Solis,
Commodior nuſquam eſt quam ſua cuiq; domus.

Ad Maximilianum Vriendium, C. V.
de forma & dote vxoria.

Dos & forma duo ſtimuli, quibus algida, Vriendi,
Corda viri quamuis ſollicitata calent.
Sed dum cœca calent, male plectitur ipſe maritus
Cui digitis vxor ducta oculiſque domum eſt.
Infelix libertatis nam nulla paternæ
Portio ei ſupereſt coniuge ſub domina.

Paſquillus Romanus.

Paſquillus Romæ cenſor, ſine voce reuelat
Abdita. Quis ſaxo pectus ineſſe neget?

In Nigrum, cœnipetam.

Non inuitatus menſas accedis ad vnctas,
Et cupis eſſe foris. es mera muſca Niger.

Gener.

Quando gener moritur, duo libera morte relinquit
Coniugia. Elyſium ſic ſciat eſſe ſuum.

Epitaphium Guilelmi de Boot.

Hic ſitus ille ſatus Bootorum è ſanguine claro
Guilelmus, priſcis indole maior auis.
Plurima quem virtus ſummo inſigniuit honore,
Atq; Senatorum ter dedit eſſe caput.
Tunc etiam fato functus quum ſidera adiret,
Brugenſi Conſul primus in arce fuit.

Ereptum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Ereptum patriæ fleuerunt mœſtiter omnes,
Nam dum vixit, erat publicus Vrbis amor.

Hæreſis.

Hæreſis ex Orci penetralibus exijt: atram
Cuius dextra facem ſanguinolenta gerit.
Igne ſacro vt terras inuoluat, & æthera vaſtum
Si queat in partes diſſociabile agat.
Illius inſtinctu permiſſa licentia prauis
Tot fabricare fides quot capita orbis habet.
Ni Deus incertis monſtrum compeſcat habenis,
Pro Chriſto populis Dux Mahometus erit.
Relligio imò omnis fiet mera fabula vulgo,
Omniaq; in tetrum ſunt reditura Chaos.
Nam quæ ſpes ſupereſt veræ pietatis, vbi auctor
Dogmatis inſani quilibet eſſe poteſt?

Ad Chæreſtratum.

Seruum te quereris Chæreſtrate: mitte querelas
Si ſatus es talis, leniat ingenitum
Conſuetudo malum: Si non, ſpem concipe, rurſus
Eſſe tuus poteris, qui modo liber eras.

Matrimonij nota.

Coniugium & natos qui ſollicite optat, adoptat
Ingentes curas, litigiumq; ſibi.

Ad Caluum.

Grande onus incumbit paupertas aſpera Caluo:
Calue tuis animis vtere, eriſq; Milo.
Ille tulit taurum, vitulum qui prætulit: omne
A puero adſueſcens ferre valenter onus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Vt nihil eſſe diu ſolet intolerabile, ſic &
Nil breue duranti difficile eſſe ſolet.
Viuere naturæ ſi conuenienter auebis,
Nullo iam poſthac tempore egenus eris.
Sin ventriq; gulæq; voles ſeruire popino,
Poſthac iam nullo tempore diues eris.

Optimum condimentum fames.

Qui ſatur eſt ſemper, ſegniſq; per otia torpet,
Dulcis ei inſipido creſcit in ore cibus.
At qui ſe vegetum rebus procurat agendis,
Et nunquam menſam ſit niſi ſiccus adit,
Vulgari gaudet ſtomachum placare paratu:
Fama coquum vere ſic canit eſſe famem.

In garrulum.

Sannio dum loquitur, loquitur ſine fine, poteſtq;
Orta iugis Scythicis rumpere ſaxa loquens:
Credo Deam genetricem illi, quæ concaua montium
Antra colit, cuiuis nota ſonore notho.
Nam velut illa repercuſſo ſola aëre vox eſt,
Sic præter linguam nil habet iſte ſuum.

In Alcimum.

Infeſtum mœchis pectus geris Alcime: & omnes
Quotquot nactus, aues excruciare modis
Omnibus, ipſe velut ſis crimine purus ab omni:
Et caſtum omnino ſtet penetrale tibi.
Limen amice tuum teritur non ſemper honeſtis:
Intus adulterio fit quoq; ſæpe locus.
Diſce prius ſordes quibus obſitus eluere, & ne
Serpens eſto foris Alcime, talpa domi.

Progno-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Prognoſticon.

Bruma niualis, agrum lætis fore frugibus aptum
Nunciat. Agricolas ſpes ea lenis alat.

Ad Phormionem.

Carpere res Regum, res eſt diſcrimine plena.
Laudare, vrbanæ eſt, Phormio, frontis opus.

Ad Bodinum, ex methodo Hiſtoriæ.

Læuarum, Bodine, genus tibi Celtico in orbe,
Antiquum vt nullis creditur atq; vetus.
Vt ſit (nam in tenebris tecum modo nolo micare)
Dic Bodine tamen, quâ ratione probes.
Leuæ ad Leuitas ipſos referunt genus, inquis.
Hi ſapiunt: ſed mens, Vir bone, læua tibi eſt.
Arte vafra ſibi quiſque decus procudit, & aurem
Tu nos commento vis adhibere leui?
Credere ego hæc lentus: credat Iudæus apella,
Et tu Iudæos qui male noſter amas.

In vinolentum.

Indulges Baccho aſſiduus noctuq́; diuq́;,
Seſquipedem tendens potor aqualiculum.
Induit ille ſuis tibi frontem atq́; ora pyropis:
Per fora perq; vias gemmeus ire potes.
Si tamen ire potes: nam pes cum mente vacillans
Officij ſolitum munus obire negant.
Ergo cuba: ſocium ſibi te vouet alta Charybdis:
Hac duce, fac fauces vel vomitu vſque riges.

Correctus error vulgi.

Pauperies ſeniumq; duo mala peſſima vitæ,
Cenſentur vulgo non ratione bona.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Eſt bona pauperies quæ nulli ſeruit, & ætas
Non mala quæ finem cernit adeſſe mali.

Ad R^dum P. Bernardum Bauhuſium è S.I.

Nomen Redemtoris auxilium nobis in re incerta certum.

Arduaturris, & ante omnes validiſſima, Ieſu
Nomen, ab infernis quod tremit Orcus aquis.
Tendat ad hanc curſu quiſquis tentatur, in arctis
Profugium illud habens, præſidium illud amãs.
Quod petit, inde feret: dominoq; fauente feretur
Aſtra ſuper, conſtat vera vbi & alma quies.
Tu felix Bernarde Pater, quem cœtus ab illo
Conditus, æternæ Pacis in arce locat.
Fluctibus exemtum fortunæ mobilis, & iam
Sinceræ exemplar hic pietatis habet
Perge, meiq; memor Numen prece ſupplice adora,
Vt liceat nobis hac aliquando frui.

Ad Octavium Baccium Romanum, V. Clariſs. optimumq;.

Sceleratis nihil tranquillum, contra animus bonorum liquidus ſemper & lætus.

Omnis vita malis noxa eſt: ſibi quiſq; catenam
Nectit, flagitium quem iuuat atq; ſcelus.
Tortoremq; gerit concluſum in pectore, cuius
Occultè ſurdis vritur vſque flagris.
Accidit ingenuis aliter. Secura piorum
Mens veluti dapibus menſa meroq; ſcatens
Amne voluptatis liquidæ perfuſa redundat:
Atq; in ſe ſemper cur recreetur habet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Viuamus Bacci concordes fœdere tali,
Dulcior Auſonidum te mihi nemo vir eſt.

In Cæculum.

Annos quadraginta duo tua perficit vxor
Cæcule, quam iuuenem dicis, & eſſe putas.
Nec ſatis, hoc nobis quoq; perſuadere laboras:
Vtq; putemus idem, ſæpe reponis idem.
Cedimus, atque tibi (quia vis ita) credimus. vnum
Sed percontanti dic mihi ſimpliciter.
Quum tu quinque illa ſis luſtris ſerior, eſne
Ergo ſenex? non es Cæcule, bis puer es.

Pares paribus conueniunt.

Cum iuuenum ſerie vetuli dum ludere pergunt,
Vicinam inuitant deliciando necem.

Viciſsitudo nupera per bellum ciuile.

Multi hodie dites, quibus ante domi arcta fuit res:
Multi inopes facti, res quibus ampla fuit.
Sic fortunæ globum mouet orbe volubuli, & illis
Nunc fauet, hos contra calce fugace premit.
Nec tamen eſt iuſtis omnino iniuſta nouerca:
Florentes opibus quos modo ſtare vides,
Et lætos agitare: vides quoq; poſſe priores
Ad ſordes iterum retro agili ire pede.
Imo repentino ruere ima in Tartara lapſu:
Fulminis ignara ceu venit ira via.
Vtq; ſtatum obtineant, famam amiſere, rapaces
Sunt & cenſentur, res quibus auxit heri.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Spreta voluptate, incumbendum virtuti.

Vix exorta perit nobis ceu bulla voluptas:
Quis rem tam fragilem ſanus auenter amet?
Virtutis cultu decus immortale petendum:
Virtus æternis floret ouatq; bonis.
Fortunæq; minas ſpernens & ſpicula mortis
Ipſa ſui viuit tempus in omne potens.

Ad Sangam.

Regis procurator ades, ſalue optime Sanga:
Imo vale, populi namq; inimicus ades.

Ad Philonem, dilemma.

Filius ætatis teneræ modo funus acerbum
Occidit, in lacrymas cur male mœſtus eas?
Si virtute fuit Philo præditus, exue luctu
Pectora: lætandum eſt, quod tuus ille fuit.
Perditus at vitijs ſi vixit, obiſſe dolendum
Non eſt. Naturæ munus vtrinq; probum.
Accipe gratanter; ſeu quod tibi prouida talem
Contulerit, talem ſiue quod abſtulerit.

Amor.

Bulgam Amor emulget, nec cor minus ore auido
Sanguine eũ gemino ſic male cõſtat emi. (haurit:

Mare domat animos feroces, & facit hominem religioſum.

Qui neſcit quid ſit, Diuos in vota vocare,
Per maris infidi puppe vehatur aquas.

Dum tonat, & latè crebris micat ignibus æther,
Dum freta ferueſcunt exagitata notis.
Cernitur & mors ante oculos adſtare viritim,
Mille nouans diras ad fera fata minas:
Suſpiciet ſummi vim Numinis, & prece adibit,
Quantumvis alter ſit feritate Cyclops.

In morbis epidemicis euitandum celeri fuga contagium. Alijs in rebus maturandum.

Nil feſtinanter bene fit, niſi letifer arcus
Solis vbi ſæuit des cita terga lui.

Muſica vires habet miras.

Saxa feraſq; lyra mouit Rhodopeïus Orpheus,
Muſicus ex merito fertur ita eſſe Magus.

Curis nox ſuccurrit.

Triſtaris video. Veniant (ſine) tempora noctis,
Sedabit curas illa ſopore tuas.

Secreta inter tres non facile celantur.

Quæ duo nouerunt, poſſunt occulta manere;
Quæ tres, non poſſunt non virûm in ora ſeri.

Ad Mantinum.

In pelago gaudes Mantine, caputq; procellis
Obijcis, Aeolidum trux licet ira fremat.
Sanus es, an pectus bilis nigra poſſidet ægrum,
Vt tua tam vilis ſit tibi facta ſalus?
Inſidioſa lucri cupidis ſua tergora ſternit,
Quo male conſultos mergat in ima mare.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Vt bene ſuccedat ſemel atq; iterum, acre profundi
Ingenium eſt, non fert ſeſe homini eſſe iocum.
Quæ rogo cauſſa, necem per cærula quærere vaſta?
Terra parens placeat, nil vbi triſte gemas.
Prodigus in fluctus vitam, quam maxime amaſti,
Et mortem odiſti, quam ſuper omnia, agens.
In pelago venaris. Avarius viere dono
Naturæ fragilis, ſponte citoq; perit.

Ad Guilelmum Michielſium, Syndicum Brugenſem.

Contigit illuſtris tibi patria: Strenuus eſto.
Quo minus emergas, grande tibi obſtat onus.
Per noctem fulgent etiam procul aſtra minuta:
Auroræ radijs Lucifer ictus hebet.

A Deo belli exitus pendent.

Bellator ſonipes Equiti aptus ad arma paretur:
Prouenit à ſolo Numine certa ſalus.

Ebrietas vitanda.

Luxurioſa merum res eſt: atq; aſpera rixis
Ebrietas, procul hanc qui fugit, ille ſapit.

Iudex ſit incorruptus.

Rem populi tractas, nec munera miſſa remittis,
Arbiter ad lites integer eſſe nequis.

Ad Ioannem Baptiſtam Blotagrium Canonicum, virum ad vnguem factum.

Lingua factioſi, inertes opera.

Magnidicum quemcunq; vides Blotagre, cupreſſo
Eſſe ſcias ſimilem; quæ licet alta petat

Vertice conigero ſublimis, at edere fructum
Non ſolet, eſt arbor nulla magis ſterilis.
Sic iſti linguæ quos faſtus ad ardua tollit,
Vtres ventoſi nil niſi vana crepant.

Ad quendam Senatorem pretio factum.
Ære magiſtratum fuluo mercatus es Actor:
Iuſtitiæ lancem vendere iure potes.

Ad Ibycum.
Seruus nemo regit dominũ: tamen Ibyce contra eſt,
Si bulgam domini temperet ære grauem.

In Cauilam Anglum.
Miraris quare appellem te Cauila monſtrum?
Deſine: cauſſa animum nõ mouet vna meum.
Monſtrũ es, quale fuit nullum, nullũ ante per æuũ,
Nec quum Sphynx dubios terruit Ogygios
Portentoſa: vel Hiſpano quum Geryon orbe
Alcidæ aduerſus conſtitit, arma gerens
Corpore tergemino: bis ternaq; brachia iactans
In vanum effuſis viribus oppetijt.
Nec quum tres animas Herulo Feronia mater
Indidit: aut trini gutturis obſequio
Illectos nautas quum merſit in æquora Siren
Vi blanda infeſtans Ionium omne mare.
Aureus es votis: nam nulla niſi aurea poſcis,
Præq; auro virtus ſordet honorque tibi.
Plumbeus ingenio es: nihil vnquam prodijt ex te,
Quod dignum vero ſit viro & ingenuo.
Ferreus es vultu: color omnis ceſſit honeſtus,
Et frons perfricta eſt depuduitq; tua.

Corneus

Corneus es rigida: pruris ſine more modoq;,
Continuam taurus dum ruis in Venerem.
Abſoluam vt paucis, eſt Hapyiæ tibi dextra:
Cor cerui, canis os, mentula menſq; aſini.
I nunc & dubita cur ſis mihi Cauila monſtrum,
In te quum videas tot cadere obprobria.

Maritus amator.

Uxorem duxit qui ſolo adductus amore,
Nocte capit lætus gaudia, luce gemit.

Vetera tenenda.

Hæc pedibus via trita patrũ eſt; caue inire nouellã:
Flexus in errorem te Labyrinthus aget.

Formoſa virgo dotata eſt ſatis.

Nata tibi forma præſigni nata Camille eſt:
Sit quamuis pauper, dos ei abunde ſua eſt.

Ad Philemonem.

Vince animos in amore tuos odioq; Philemon:
De te iam pulcher iſte triumphus erit.
Laurea Tarpeio par eſt data nulla Tonanti
Hoſtibus edomitis à Latiare Duce.
Victor victorum merito cluit indole celſa,
Qui potis affectus eſt cohibere ſuos.
Vir patiens fortis antiſtat, quiq; ipſe ſibi vltro
Præcipit, eſt quouis Induperante prior.

Ad amicum ærumnoſum.

Fers mala multa, Glycon: grauiora precare Tonan-
Peſſima quum tuleris, optima ſpero feres. (tem.

Omnia mutantur. Nocte actâ, exſplendet Eous:
Poſt hiemis rabiem, ver geniale redit.

Linguæ vis anceps.

Mors & vita gubernaclo ſunt inſita linguæ:
Tam breue ſic membrũ partem in vtramq; va-
Durius in terris nihil eſt neq; mollius illo. (let.
Rex merito eſt, certum qui modũ vtrimq; tenet.

Ingenium noſtri ſæculi.

Maxima pars hominũ Gradiui hodie ardet ad ar-
Sunt numero pauci qui bona pacis amant. (ma:
Viuitur ex rapto melius. Vix vnus & alter
Qui ſe contentus non aliena petat.
Cur non arma togis præponant? arma tenenti,
Legibus & tacitis omnia iure licent.
Mars incus cuiuis; procudunt vndiq; technas,
Publica per fraudem priua quibus faciant.

MONITVM.

De ſe quiſque cædat ſibi.

Laus tibi ſi qua datur rumore tributa ſecundo,
Nolito attolli: ſæpe ea clauda labat.
Non eſt Oceanus populo inconſtantior vllus:
Affectu rapitur hinc ſuo & inde leui.
Vt noris ſolidum nunquid laus tinniat illa,
Pectus adi, & teſtem hunc num mereare roga.
Quid proſunt vani volitantia verba ſuſurri,
Agmen adulantum quum bene ferre nequis
Conſcius ipſe probri, taciteq; tibi obſtrepis intus?
Obſequijs partum nomen in aërem abit

Nubs

Nube cita auectum, nec terra abit altius, in qua
Indole Siſyphia ſunt tot vbique vafri.
Expendendus honos prudenti examine iuſto eſt:
Ab radice mala res bona nulla venit.

In fraterculum Gigantum.

Quæris, an hunc norim erecto qui per fora vultu
Turgidus incedit veſte fluente nitens?
Et ſua ſe circum diſtorquet lumina, miris
Flexa modis, cæli ceu modo ab arce recens?
Qui poſſim nouiſſe? ſibi eſt incognitus ipſe;
Vt video inſecti faſtum animoſq; gerit.
Papilio ſic vere ſuos oſtentat honores,
Alarum exultans verſicolore nota.
At ſubita æſtatis contage fugatur, & vnde
Propagatus erat, in nihilum actus abit.
Simulus iſte, pari fato, ſine gente, parenti
Debita telluri fert abolenda breui.

Filius diuitis degener eſt plerumq;.

Quo magis eſt opulens genitor, ſolet illius hæres
Hoc virtutis amans filius eſſe minus.

Inuitatio genialis.

Pocula diuitibus ſplendeſcunt gemmea in auro,
Quorum perpetuo eſt ſuſpicioſa ſitis.
Mî puer e vitro calices rorante Lyæo
Impleat, inſidias non habet iſte torus.
Menſa patrum ritu Genio ſacrata volenti
Libera moroſos odit, amatq; iocum.
Funde puer, nec parce cadis, gaudete ſodales,
Fictilibus noſtrûm nemo aconita bibet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Ad Bandinum.

Nomen apud ſeros ſperas, Bandine, nepotes:
Ignoti teſtes te per inane ferent.

Ad Lygdum ſpurium.

Ex te progenitum poſſum te dicere: nam tu
Dicere quis genitor ſit tibi, Lygde, nequis.

De ſomno.

Vtilis eſt ſomnus cuiuis, quo ſi tamen vti
Immoderanter ames, mors mera ſomnus erit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

IANI LERNVTI EPIGRAMMATVM

LIBER II.

Ad Ill^{mum} & Reu^{mum} Dominum, D. Guidonem Bentiuolum, Archiepiſcopum Rhodienſem, Nuncium Apoſtolicum,

Cum poteſtate Legati Lateralis.

Gratulatoria nuncupatio.

ARte pia proceres tollunt celebrantq; diſerti:
Atq; ex parte ſua quæ meruere ferunt.
Teq; inter primos Præſul venerantur, honorant:
Pluſq; ex parte tua quam meruere ferunt.
O ter felices illos, tempuſque beatum!
Secula Saturni Principis aurea eant.
Bellona armipotens alio iam torſit habenas:
Axe ſub hoc noſtro ſpes bona Pacis adeſt.
Ridet Hyanthæis Nymphis formoſus Apollo:
Inq; tuas laudes Caſtalis vnda fluit.
Adſpice dum properat liquidū tibi fundere rorem,
Non ſolito fontis gurgite dulce ſtrepit.
Iuris honor, probitatis amor, pietaſque reuixit:
Pulſa diu rediijt te duce cana fides.
Si qua tamen fraudis reſtabunt menda vetuſtæ,
Illa tua Antiſtes emaculabis ope.

De amore mutuo propinquorum, & præcipue parentum in liberos.

Inter cognatos pulchrum eſt certamen amoris,
Vincant, cœleſtis queis mage fauit Amor.
Pulchrius eſt inter natos, ipſosq; parentes,
Connexu ſanguis quos propiore ligat.
Quis laudē hinc meruit culpamve prioribus annis
Hiſtoriæ intentos vtraq; lingua docet.
At nunc miramur plerumq; anteire parentes:
Nam pietas pueris raro ea talis adeſt.
Demus vt his palmam: Si forſit fallimur, & ſunt
Mens quibus in rectum tam generoſa flagret,
Hic nullum cælo ſpectaclum lætius exſtet,
Non ſi Roma vetus cuncta Theatra nouet.

Ad Ornithum.

Promiſſis gaudere nimis noli, Ornithe, blandis,
Et nimium ſæuis prætrepidare minis.

Amor in vxorem vehemens, fit furor.

Coniugis optatæ magno inflammatus amore es:
Crede mihi, rabies hic tibi fiet amor.

Inuidia.

Inuidus omnis, egens animi eſt. Nullum, Aedile,
Pluribus e vitijs pigrius Inuidia eſt. (nullum
Pectora magnorum non intrat: abhorret ab altis,
Quamlibet obliquo lumine limet ea.
Quicquid obeſt, culpæq; nota cenſetur, id acri
Impete contendit ad bona, falſa licet.

At

At Stygia hæc peſtis flagro velut acta Megæra
Paſcitur vſque malis, conficiturq; bonis.
Quaſque cruces aliјs, tormentaq; degener optat,
Illa ſinu in medio pectoris ipſa fouet.

Ad Nicolaum Pudentem.

Te vulgus lingua lacerat per compita falsò:
Tu voces vulgi verbaq; ſperne, Pudens.
Notum te vulgus faciet, mens conſcia recti
Securum, virtus tollet ad aſtra pium.

Ad Seruilianum ægrotantem.

Qui dolet & metuit, vere eſt miſer. Altera iam (pars
Ærumnæ eripitur, Seruiliane, metus.
Nam quid quæſo metus miſerum te torqueat vltra,
In votis habeas quum tibi poſſe mori?

Ad Marcum.

Gloria conceßa eſt ingens tibi, Marce, ſepulto,
Naue mari fracta te vehit aura leuis.

In Syndicum Cynicum.

Miror Iprene Cyon, te in corpore ſanguinē habere,
Cui nunquam iuſto tincta pudore gena
Erubuit; toties mendax tamen eße repertus,
Vt nullis poßes diſſimulare modis.
Non miror, quare tibi nomen adhæſerat iſtud:
Nam video in mores rite quadrare tuos.

Ad C.V. Octauium Baccium Romanum, Archiepiſcopo Rhodienſi a ſecretis.

Auri contemtus ditem facit, haud facit auri
Copia contentum. diues ita eſſe draco

Heſperius poterat, poterat quoq; bellua cuſtos
Velleris Aëetæ ſic ſuperare Mydam.
Cum ſtrue nummorũ ſtudium nam creſcit habẽdi,
Qui Plutum ſequitur, cæcum iter ille tenet.
At qui naturæ obſequitur, pœnuria parui
Nunquam eſt, in tenui re ſibi lætus agit.

Ad Corbulonem.

Si tibi forte foras per cauſſam exire libido eſt,
Conſortem thalamis Corbulo iunge tuis,
Subijcitoq; igni paleas, tectum imbrice nuda,
Cauſſa reperta triplex cur domo abeſſe velis.
Te pluuia, & fumus, te coniux garrula cogent
Quamuis nolentem de patrio ire lare.

Mater etiam improba probam ſibi eſſe filiam cupit.

Nulla fuit mater tam praui pectoris, vt non
Optarit natam moribus eſſe bonis.

Seges in agro Dei donum, in horreo agricolæ munus eſt.

Quum ſeges in campis ſurgit, ſub Numine munus
Cælicolûm adſurgit frugiferente ſtatu.
Aſt vbi maturo compleuerit horrea partu,
Non niſi nummatis tollere eam inde licet.

Voluntas hominis accepta eſt Deo & pergrata.

Qui Dei amore facit quantum valet, illius ergo
Omnipotens faciet quæ facere ille nequit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Pariſium nulla non merce abundans.

Pariſium Arabiæ Felicis commoda adeptum eſt,
Quicquid enim in terris illius exſtat, habet.
Plus habet imo manu partum ingenioq; ſuorum,
Quam diti quauis è regione petas.
Incola lætetur, lætetur & accola, cui fas
Vſurpare oculis orbis in vrbe bona.
Vnica ei fautrix adſit modo Iuno Moneta,
Quod cupit è facili protinus omne feret.

In Vitulinum ſcriptorem oris amarulenti.

Scripturus calamum mordaci tingis aceto,
Atq; atro colubri felle venenigeri.
Non ergo eſt mirum, quanquam bene dicere norit,
Dicere quod noris tam, Vituline, male.

Ad Robertum Schilderium, patricium Iprenſem.

Vita hominis velut algida hiems incommoda ſeclū
Multa ferens aufert quæ placuere prius.
Prudentes horæ præſentis gaudia carpunt,
Gnari ea momento præter abire leui.
Viue Roberte tuis dum viuis amicus amicis:
Et ſcito his tempus quod dabis, eſſe tuum.

Ad Hugonem Grotium ICtum excellentis ingenij V. & eruditione rara ac præclara ter magnum.

Douſa meus Leydæ dum viueret, auſpice Douſa
Inter nos tenuis vſus amicitiæ

Hugo

Hugo fuit Groti. Verum illo rebus ademto;
Et partes gladio Marte fouente ſuas.
Qui tenuis fuit ante, minor ſe factus, adhæſit
Turbine in hoc rerum, ceu ſcopulo icta ratis.
Sic vbi prima vehit naſcentis lumina Phœbi
Nubibus inductis ſæpe operitur Eos.
Tandem compoſitis armis iam pace ſequeſtra,
Quum licitum cuiuis quas velit ire vias:
Heinſius huc veniens velut æthere miſſus ab ipſo,
Pectoris interpres candidus eſſe tui
Cœpit, & accendit qui pœne refrixerat ignem,
Dum memorem oſtendit te cupidumq; mei.
Inflammatus eo, tibi trans freta porrigo dextram:
Accipe, quaq; ſoles mente tuere fidem.
Cordis in arcani nobis conſcriptus es albo;
Vnde ſequens ætas te mihi nulla leuet.
Et libris tamen in noſtris quoq; nomen habeto,
Sæcla palam vt norint me Pyladem eſſe tibi.

Ad Iacobum Marchantium, V. optimum, doctiſsimumq; hiſtoriographum.

Lucidulo quoties pota eſt humore cicada,
Vincit olorinos voce ſoniſq; modos.
Sic quoque retribuit munus pro munere Vates,
Dum ſibi munificum magnidico ore canit.
His primum numeris tibi debita ſoluere conor;
Læua etenim in tabula ſæpe ego nomen ero.

Ad Ioannem Neuelum, N. V.

Quattuor oſores pacis nunc Neuele regnant,
Quo minus a bello liber aretur ager.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Atq; vrbs quæq; ſuas tranquilla exerceat artes
Palladis inſtinctum Mercuriiq; ſequens.
Quinam ſint, quæris? trux ira, ſuperbia turgens,
Inuidiæ acre malum, triſtis auaritia.
Has procul in ſolas Numen precor exigat oras,
Æternæ Pacis dote fruetur humus.

Ad Megaronidem.

Moribus & forma præſtans æuoq; puella
Eſt modo rapta tibi nupta, Magaronides.
Ne triſtere nimis. Vera eſt amentia, nexus
Quamlibet auratos perditè amare ſuos.

Ad Octavium Baccium Romanum, amicum officioſiſsimæ humanitatis & diligentiæ.

B. Auguſtini ſententia de odoribus.

Illecebris ecquid ducar ſi quæris odorum,
Præſule cum Libyco quæ mihi mens ſit habe.
Illius hanc verbis tibi notificabo: nec addens
Nec demens quicquam, quo mage dicta probes.
Non nimis alliceor, non plane alienor ab illis:
Si procul à me abſunt, non peto, nec cupio.
Sin adſunt, dura non reſpuo fronte, paratus
Semper eis, Bacci, ſponte carere mea.

Ad eundem.

Qui paruis oculis fieri tibi quærit amicus,
Obſerua hunc cautis, fraude doloq; madent.

Ad Annam.

Fax animi paxq; Anna mei, En calicẽ tibi: vinum
Dum bibis, vna animum te bibere Anna puta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Porrigimus vinũ atq; animum: tu vinũ animumq;
Ebibe, vino animus ibit in ipſam animam.

Ioannes Nicolaius Secundus, nulli ſecundus.

Vatis Apollinei ſpectas in imagine formam:
Talis Ioannes ore Secundus erat.
Viderit, hunc ætas cur nuncupet acta Secundum:
Iure ſuo primum ſæcula cana canent.

Iacobus Ræuardus Brugenſis, BelgiI Papinianus.

Geſſit ita os Ræuardus: habes quo lumina paſcas
Lector. Hic Aſtrææ virginis hoſpes erat.
Quam profugam terris cælo reuocauit ab alto:
Vere diuinum prodit imago virum.

Iacobus Pamelius Epiſcopus Audomarenſium deſignatus.

Os tibi te dignum naturæ dextera finxit
Pamele: tu formaſti ingenium ipſe tuum.
Qui volet os nouiſſe, tabellã hanc conſulat, & qui
Perſpicere ingenium, ſcripta tua ille legat.
Audomarum dici poterat te Præſule felix,
Maluit at ciuem te Superum aulla ſuum.

Ad Pamphilum.

Eſſe tibi fratres germanos, Pamphile, iactas
Concordes arcto iure ſodalitij.
Si ſunt, fac longum ſic ſint: fraterna ſimultas
Surgere de minima maxima lite ſolet:

Hæredes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Hæredes inter præſertim, occaſio lucri
Præſens occaſo ſi qua parente venit:
Aut conſanguineo defuncto: ſurrigit altum
Tunc caput improbitas, fraude doliſq; ſcatens.
Aurũ exploratur liquido igne: animi ingeniũ auro
Quale ſit arguitur. Quæ modo ſtare gradu
Firmato vobis concordia certa videtur,
Fulſerit ardentis maſſa vbi fulua luti
Vobis herciſcunda, cadet ceu frigore tacta,
Atq; odij cauſſas quæſtu agitata feret.

In nuptias Cupidinis & Pſyches eleganti artificio depictas.

Aſpice conuiuas ſuperos: coiere frequentes
Ad feſtum Pſyches connubiale Dei.
Lætatur Rex ipſe Deûm, tædaſq; Nepotis
Cõprobat: excuſſit nubem animi alma Venus
Blandior: in gremio recubat Pueri alitis vxor,
Per mala cœleſtem plurima adepta torum.
Gratia magna Ioui. gaudet Pater auctor haberi
Humanum quoties concipit alta genus.

Meticuloſus, ne armatus quidem ſibi fidit.

Cuncta ſibi licet aptet Achillis & Hectoris arma,
Securus poterit non tamen ire Pauor.

De cæde Henrici IV. Regis Galli.

Enſe Raualliaco iacet ingens gloria Franci
Nominis Henricus. Quid Philodeme gemis?
Et pectus lacrymis mœſtum perfundis obortis,
* *Gallorum nullo tempore Rex moritur.*

* Non enim ſuccedunt in regnum mulieres.

Quæ nocent docent.

Quæ bona ſunt nouit nemo, niſi vt alter Vlyſſes
Factus ſit prudens experiendo mala.

In Orbis Theatrum Abrahami Ortelij.

E Tabulis celebrata tuis tibi patria debet
Orteli, quantum ſoluere nulla poteſt.
Debet, ſed quia te talem perfecit, ab illa
Pone, ſatisfactum: atq; Alphius eſto tuus.
Aut quæ ſola nequit perſoluere Belgica, ſoluat
Orbis, in orbem etiam ſunt merita ampla tua.
Sic ſtadium in cœlis currat licet orbita Solis;
Non minus & terras luſtrat, & Oceanum.
Nam digeſtum vno nunc cernimus omne theatro
Mundi in ſe ambitio maxima quidquid habet.
Iure poteſt animos & cornua tollere Scaldis,
Qui ſoli Soli te geminum eſſe dedit.

Augerius Giſlenius Buſbequius, Ex-Legatus Byſantinus.

Aſpicis hunc comi vultus grauitate verendum?
Augerius talis, dum fuit, ore fuit.
Vir mentis rectæ, vir factus ad omnia ſumma;
Belgica cui paucos terra pares habuit.
Cuius Cæſaribus ſollertia grata duobus
Auſtriaca meruit pro domo adire Scytham
Regnatorem Aſiæ. Felix! virtute probata
Ad patrium potuit qui remeare larem
Soſpes, & inſignem ſibi conſtruere inde coronam
Faſtus vbi & liuor, viſq; odio aucta vigent.

Contigit

Contigit hoc paucis. Tu * *quattuor vna tuliſti*
Flandria. Sume animos, & caput iſtud ama.

*Gerardum Veltwycium, Carolum Rymium, Cornelium Scepperum, Augerium Buſbequium.

In Troſſulum.

Bellerophon, Caſtorq́; nouus, meus hic eques An-
Lunäi de ſtirpe Celer: qui Troſſulus aptum (glus
Nomen habet, quo nemo magis fluidi aëris implet
Ventoſum fatuumq́; caput, dum Cyllaron oſtro
Inſtratum premit, atq́; pari exornatus amictu
Cœlo animam attollit, nubes & inania captans
Non cernit duo bruta latere ita veſte ſub vna.

In eundem.

Interior patruus tibi Troſſule perpetuo hæret,
Seu ſtet, ſiue vna tecum eat, aut ſedeat.
Et quamquā inclinet vergentibus in ſenium annis,
Tu vix prominula ſis bene veſte puer.
Ipſius tibi nulla, tui ratio eſt tibi nulla:
Includit læuum ſemper obitq; latus.
Neſcio an hoc omnes habeant pro more Britanni,
Sed ſcio quod patruus non tibi ſit patruus.

Ad eiuſdem Troſſuli ſorores.

Intemerate tui generis flos, aurea Virgo:
Stamine bombycum mollior & viola,
Bella Maria, Maria meis quoq́; digna Camœnis,
Quamlibet indigno nata puella patre.
Sic roſa de ſpinis oritur, tamen eſt ea Veris
Gloria, Cyprigenæ deliciumq; Deæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Et bellæ tu bella ſoror Franciſca Mariæ:
Cuius & à tenui crine ligatur amor.
Tertia nam germana ſuper quæ maxima natu eſt
Exijt ætatis ver Iſabella ſuæ.
Et mea me multum niſi fallit opinio, cælebs
Frigidulum vt cœpit perpremet vſq; torum,
Admonitu quare alterius nil eſt opus vllo:
Viuat, & ardores temperet ipſa ſuos.
At vobis optata dies vbi fulſerit illa:
Illa voluptatis nectare plena dies,
Flammea quum tenerum velabunt caſta pudorem:
Et dabitur comtis altera vitta comis.
Vrite ſpinales felici lumine tædas:
Et ſua gratanter feſta frequentet Hymen.
Fratribus adſimiles, ſed nunquam optate maritos:
Caute cum veris fœdera inite viris.
Nam pueris animi vt fragiles, ſic mobile pectus;
Errat, & in nulla ſede moratur amor.
Si monitis faciles noſtris præbebitis aures,
Gaudia vos longum continuanda manent.
Si mea dicta leues ibunt euanida in auras,
(Nolim, eheu, magnos quod ſtatuiſſe Deos)
Ludibrium miſeræ debebitis hoſtibus ipſis:
Et thalamus vobis alter erit tumulus.

In Cicutam flagitijs omnibus & ſceleribus coopertum.

Infanti Lacheſis cecinit quæ fata Cicutæ,
Verſibus his paucis pagina noſtra refert.
Si fuit Autolycus furtum ingenioſus ad omne;
Omne quoq; hac punctum par ei ab arte feres.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Si Battus fallax & perfidus audiȷt; & tu
Mendaci lingua non eris inferior.
Si ſpretor Diuûm Mezentius; ipſe etiam aſſis
Et cælum facies cælicolaſq; Deos.
Ad rem proiectus ſi ſcribitur Euclio; auarum
Ante alios Vatum te monumenta canent.
Si fuit infamis per gaudia turpia Cydon;
Nequitiæ parili crimine fœdus ages.
Si merſit viuos homines in viſcera Cyclops;
Temporis ipſe tui trux Polyphemus eris.
Hæc Parca, & puerum Stygia ter tinxit in vnda:
Quo facto, nunquam non niger ille fuit.

In garrulum.

Sunt hominum tria ſecla: notis diſtincta notandis
Quælibet. ex vero ſic canit Aſcra vetus.
Aſcra, Deas olim meruit quæ cernere Muſas,
Mœonidæ æqualem dum tulit Heſiodum.
Primis corda manu finxit ſollerte Prometheus,
Quando miſtam vndis ingeniauit humum.
Hi, nam ſe inde homines norunt, meditata loquun-
Cumq; ſuo recolunt pectore dicta ſua. (tur,
Aſt aliȷ, verum ſcito his Epimethea patrem,
Tantum animaduertunt quo ſua verba cadãt.
Tertia ſtirps, nullis animum conſtricta lupatis
Fatur, & in præceps fertur, euntis aquæ
Ritu, quæ ſimul ac ſemel exundauerit alueo,
Torrens huc illuc quà via nulla ruit.
Atq; ita nec dicenda ſibi nec dicta laborat.
Pendere, dum iaciat verba ſupina, ſat eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Qui genus? vnde domo, quæris? Genitore feruntur
Dite ſati, Umbrarum quem loca fuſca tremũt.
Qui, quia ſub terris male cogitur vſq; ſilere,
Hos pro ſe in terris vult ſine fine loqui.
Inter eos tu iure ciuis mihi Sannio princeps.
Tantaleo ſocium te fore ſpero breui.

De eodem.

Sannio verba facit: ceſſent æra inſona, Lunæ
Ferre laboranti nam potis vnus opem eſt.
At contra excutiet cerebrum temere omnibus ille:
Ne peream, obtuſis auribus eſſe velim.

In effigiem ad verum pulcherrime expreſſam amiciſsimi amici.

Tres annos & bis denos ſignabat Hyellæ
Frater Acon, poſuit talem quum Flander Apelles.
Artificem venerare manum, venerare tabellam,
In qua diuini Iuuenis cœleſtis imago eſt.

De Hyella primo igne meo.

Forte animo veteres formas meditabar, & ecce
Adſtitit ante oculos candida Hyella meos,
Pace Cytheræ. Vultus virtute ſereni
Mortalis viſa eſt prænituiſſe Deæ.

In Cavilam Anglum.

Dum viuis, viues in pœnas Cauila, nec ſpes
Ulla tibi querulo certa ſalutis erit.
Sic aquilam paſcit religatus rupe Prometheus:
Sic roſtro immanem vultur init Tityon.

Nam

Nam patrata tibi quot ſunt mala peſſima quondã,
Tot nunc hærebunt cordi animoq́ cruces.
Quum moriere, ſimul tecum tua cuncta peribunt,
Vt moritur, moritur quum ſine mente pecus.
Criminibus lato tamen agnoſceris in orbe:
Tantum à Vate ſacro eſt, non tenuiſſe manum.
Vt tua proſubigat conculcans oſſa Viator:
Et dicat, Cinis hic trux fuit ante latro.

Proverbium.

Adſpice conuexum ferri per inane volucres.
Noſcitur è plumis qualibet ales auis.

De eodem.

In facinus cœca cur Cauila mente feratur
Quoduis, ſit quamuis flagitium atq; ſcelus:
Et tantum vtilitate ſuo ſecernat honeſtum
A turpi, oſtendens DIs medium digitum:
Si quis miretur, per cauſſam deſinat; & me
Nouerit ex vero certius hanc canere,
Quã tripode è Phœbi ac lauru quod Pythia fatur
Incola quum Pæan Virginis ora mouet.
Relligio nobis quæ ſancta eſt ætheris alti,
Creditur hæc illi vana ſuperſtitio.
Quæq; ſenex vomuit Gargettius, imbibit illa:
Diuorumq; patrem ſolum ait eſſe metum.

Ad Sannionem.

Gratum eſt, iratus quod ſis mihi Sannio: nam dum
Bile acri inflatur mens tibi, lingua tacet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Lingua, paludigenas aliter quæ garrula ranas
Vincit, vbi vernis terra madet pluuijs.
Et late irriguo ſurgunt ſtagnantia prato
Flumina, bullatis alba voraginibus.
Mens tibi perpetuo pariter cum pelle tumeſcat:
Sic ſecura mihi te ſine cura fluet.
Quod ſi iterum noſtras ad pacem flexeris aures,
Auribus indocilis ſed prius eſſe velim.
Heu ærumnoſum tunc me, fatiq; ſiniſtri,
Fortia qui potero ferre ego verba tua!
Fortia, de lana quæ fundis ſæpe caprina,
Armatus nugis intolerabilibus!
Scilicet vt primos inter videare diſertus,
Et graui ab eloquio ſit tibi ſumma fides,
Omnibus os lædas, verbiſq; volucribus inſtans
Nulli laudandum des ſine mente ſonum.
At potius quam nos occidas multa loquendo
Ipſe crepa, mutum vertere & in ſilicem.
Thebarum Regina olim ſic numine læſo
Lotoïdum, linguæ crimina morte luit.
Et veterem mutata nouato in corpore formam
Nunc quoq; Mygdonio ſtat lapis in Sipylo.

Cauila tyrannio priuus.

Anglia terra lupum (ſic aiunt) haud alit in ſe:
Perſuaſum hoc certe priſci habuere patres.
Veréne an falſo, quærant quibus eſt ea cura:
Ipſe animi ſenſum notificabo mei.
Quadrupedẽ (credo) non fert modo, nec tulit olim,
Incuſtoditum quum videam ire pecus.

Excu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Excubiiſq; canum fidis nihil eſſe opus vllis,
Atra vt in ſolis montibus erret ouis.
Sed quæ quadrupedem nutrix alere alma recuſat,
Infelix monſtri mater alit bipedem.
Nam quam priua diu exercebit Cauila ſæuus
Regna, lupum bipedem tam feret illa diu.

In eiuſdem domum.

Saxonidæ domus iſta, cloaca impurior illa eſt
Quam populoſâ vnam vulgus in vrbe terit.
Nam quicquid ſceleris cõmittitur Anglico in orbe,
Hoc patrat hic dominus, cũ dominoq; domus.
Mulciber indignis cur excoquis ignibus Eclam:
Colluuies flammis hæc erat apta tuis.

* Sic Ennius *indignas turres* vocauit magnas.

In I. Iuuenem, & N. Emphium.

O ſacri vates, dilectaque nomina Muſis,
Per quos Sluperio fama renata ſua eſt.
Peſſima quantumvis faciatis carmina, laudo:
Debet Sluperius non alio ore cani.

Ad Sluperium.

Vſque adeo Sluperi cunctos tibi caſus amicos
Diſpulit, aut viuorum expulit è medio:
Vt præter geminos auſit defendere cauſſam
Nemo tuam, & pro te fortia verba loqui?
Ruſticus es Sluperi, qui dum nequit arua ſerenda
Vertere equus, turpes iungit aratro aſinos.

De Troſſulo.

Troſſulus infamis genuina propago Cicutæ,
Namq; ſuo nulla eſt ad mala patre minor:

Non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Non temere genus eſſe Deæ ſe credidit aureum,
Vera parens illi menſtrua Luna cluit.
Cuius ad inſtabiles vultus ita ducitur, vt ſit
Sæpe voluntatis neſcius ipſe ſuæ.
Ducitur, & vitæ ſecum toto ordine pugnat:
Credo, tot Euripi non obit vnda vices,
Quod mutat curas vna variabilis hora:
Quæ petijt, ſpernit: quorum odio arſit, amat.
Nam ſimul illa teres ſurgens in cornua creſcit,
Et cæli nitido lumine templa rigat,
Mira quoq; iſtius mentem vecordia complet;
Non tumet Autumni tempore muſca magis.
At quum defectum ſub terris condidit orbem,
Et patrui triſtes viſit aditq; domos;
Nulla homini ſuperat ratio bona: plane animi amēs
Eſt, vt Mygdonides ante Choræbus erat,
Quum Priamo auxilium ferret gener alite læua:
Vidit & inſano ſeſe in amore mori.
Nemo aditus igitur certos, vel tempora captet,
Conuentum quoties vult Salomona meum.
Siue illum bene mane velit, ſeu veſpere ſero,
Seu medio potius conſuluiſſe die,
Non multum intererit, veræ ſapientiæ inanem,
Aut ſtupida plenum ſtultitia inueniet.

In eundem.

Curetum in patria debebas Troſſule naſci,
*Si fas Gnoſſiaco credere * Epimenidi.*
Nam quibus ille ſuos cecinit virtutibus auctos,
Has modo ſic omnes conſpicor omnimode

In te

In te præſignes, Minos agnoſcere ciuem
Vt queat, inq; ſuo te ducem habere grege.
Perpetuo mentiris; es angue nocentior Afro;
Solaq; curanda eſt in cute cura tua.

* Verſus Epimenidis hic eſt:

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.

In P. M. A. noſtri temporis alterum Lucianum.

Quiſquis es ignoto qui te ſic nomine iactas,
Et larua iſta hominis roſtra canina tegis
Vt populo imponas, ego te intus & in cute noui,
Perſona caput hoc qualibet abde tuum.
Nec tamen edicam qui ſis, nebulo vt cupis eſto,
Et morare tuis & morere in latebris.*
DI facerent! eſſent tecum tua ſcripta ſepulta,
Nulla mage auctoris puluere digna premi.
Poſſunt multa quidem de te ſimul & ſimul in te
Dici, declarent quæ te hominem eſſe nigrum.
Sed certum, periſſe tibi cum fronte pudorem:
Ludit, qui ſordentem abluit Æthiopum.
Ne tamen effrõtem oſtentes ſine ſtigmate frontem
Longius, hac ego te ſignificabo nota.
Hoc titulo, delere queat quem nulla per æuum
Hæc aut illa dies, atq; alia, atq; alia.
Dum res in ſacras nimium baccharis Alaſtor,
Scurra tui ſecli factus es ipſe ſacer.

* Sic Nero (vt teſtatur Trãquillus) iocatus in Claudium fuit: *Deſijt in terris morari*, primâ productâ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Vtq; tibi æternum conſtat ſine nomine nomen,
Mortua perpetuo ſic quoq; vita tua eſt.

Inſcriptum pateræ.

Hanc pateram dat habere tibi Franciſce Senatus
Brugenſis. Tu munus ama, quotieſq; litabis
In menſam Bromio, Patriæ ſimul atq; Senatus
Sis memor, amborumq; vno ductu imbibe amorē:
Qui cum flore meri præcordia ad intima manans
Permaneat, donec vitæ tibi tempora current.

In præpinguem.

Non errat porcum qui te vocat Actor obeſum,
A mento ad pubem es non niſi venter iners.

In Vrbem maritimam præ reliquis nunc diuitijs florentem.

Amſtelij eximie dites toto orbe feruntur:
Seque pares Venetis Ormugeniſq; putant;
Quod ſedem ſuâ in Vrbe ſtatam Fortuna locarit,
Ambiguumq; noua fixerit arte globum.
Vrbs video ad ſummum venit: lapſura ſuperbit,
Nec potis eſt lætis impoſuiße modum.
Virtutem quicunque colit diſcedat ab Vrbe,
In qua diuitijs ſummus habetur honos.
Vltoreſq; Deos præuertat amator honeſti,
Ne fœtum vitiis in mare merſus eat.
Nam duce ſub cæco non longum turba vigebit,
Impete quam Plutus, non ratione regit.

In quendam ſtolide arrogantem.

Fronte ſuperbificâ cilij nubem arrigis alte:
Inceſſuq; habituq; & ſtrepero ore tumes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Cur ita faſtidis? præ te qui deſpicis omnes:
Omnibus inuiſum te ſcio ſcire Mathon.
In primis cælo. Nam exoſa ſuperbia cælo eſt.
Lucifer ob faſtus in barathrum inde ruit.
Tu quoq; conſimili caſu mulctaberis olim,
Ni te reſpicias, quum Stygis hoſpes eris.
Nunc nothus es tantum, tantū es per crimina no-
Tantum ideo es natus, vt moriare miſer. (tus:
Illud Homeriacum nunquid tibi venit ad aures?
Nil alit abiectum terra homine alma magis.
Hoc vatum princeps canit ipſe Pelaſgus Apollo.
Nec Regum pueros excipit aut Satrapas.
Quem fore te credis, qui vento plenus inani
Inſanas voces, & mera verba crepas?
Nec priſcæ virtutis habes memorabile quicquam
Quo poſſes aliquo poni hominum in numero
Care Mathon. poſito ſectare tumore pudorem:
Iam te momenti nullius eſſe vides.

Ad Marcum febricitantem.

Tu qui Marce iacens modo febre perureris, altū
Tolle animum: excoquitur vermibus eſca caro.
Iam te ſiderei excipiet plaga lucida cæli,
Si tua permaneat in Deum adulta fides.
Sic olim Alcides Oetæo in vertice flagrans
Labe graui abſumta corporis, aſtra ſubie
Dis factus conſors. Felix breuis ardor, in omne
Tempus, manſuri cauſſa refrigerij.

Ad Capitonem currucam.

Vxor adulterijs gaudet tua: Si nota non eſt
Nota tibi, Capito, tam maculoſa domus;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Nota foris vulgo eſt. Actæon factus es alter:
*Cornigerum iuſſit te * Lya ferre caput.*

* Priſcis hoc quoq; nomine Diana appellabatur.

Parthi & Germani bibaces.

Teutones & Parthæ (vt perhibẽt) telluris alumni
Acrius hoc ſitiunt, quo mera plura bibunt.

In Syndicum Cretenſem.

Mel geris ore, tegis fallax in corde venenum:
Quis non teſtetur te, fugiatq; Cyon?
Blanditim incauto nuper mera verba dediſti:
Fronte ego nudata ſcribo tibi iſta palam.
Poſt hac cui imponas alio procul aëre quære:
Non habet in nobis frons tua cana locum.

Ad Pacem.

Pax Dea ſancta, mane. Bellum crudele vbi ſurgit,
Oſtia mox Orci cuncta recluſa patent.

In bigamam.

Orba viro thalami quæ tranſit in altera iura,
Stultitiæ pennis ſe leuat illa ſuæ.

Vinum moderate ſumtum prodeſt.

Corporis atq; animæ cæmentum eſt vtile potus,
Pocula cordato ſi modo more bibas.

Ad Ianum Gruterum, Cl. V.

Gurgite proſiliente viam ſibi ſternit eundo
Flumen, & aggeſtis in mare fertur aquis.
Quid ni vir ſapiens & gnauus, vt Appius inquit,
Marte pari fortis ſit ſuæ & arte faber?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

In quendam terræ filium, ſiue nobilem ignobilem.

Nobilis es, certe eſſe cupis Bithynice: mirum
Teq́ tuis effers in modum imaginibus.
Quas veterum è ſcrutis collectas, ordine longo
Figis pro templo luminis, & medios
Aulai ad poſtes, ſunt trunca vbi pectora auorum,
Et clypei, atq́ arcus, ſpiculaq; & galeæ.
Nempe aliquē vt credat te plebs, ita ſpargere fumū
Gaudes, & glaucomam obijcis hanc oculis.
Ferrem, ſi qua tibi foret iſto in corpore virtus.
Sed tu deformi degener es facie.
Sed tibi naſus [illegible]ians gemmis variatur & oſtro,
Diſcolor, vt læſis pampinus in folijs.
Sed tibi mens animi eſt nullas exculta per artes,
Tantum ventoſo turget ab ingenio.
Singula ne referam, ſcit quo ſis dignus honore
Progeniem plautis qui videt è pedibus.
Sic Cybele Afra gradū tulit ampla prodiga planta,
Simulo ad obſequium quæ fuit agricolæ.
Tolle tuas ceras, & te in te quære; docebit
Pars hæc ima tui te genus vna tuum.
Quod niſi Brutorum fuerit de ſemine: prorſus
Hæreo, & Hetruſcum te velim adire Tagem.
Qui quoniam nuda è tellure erupit aruſpex,
Forte tuum poterit te docuiſſe patrem.
Sin minus hoc poterit, poterit tamen vt minimum
Communem matrem te docuiſſe tuam. (illud

Nobilitas.

Nobilitas decus eſt ſpecioſum ac difficile: ortus
Qui genere eſt claro, quos imitetur habet.
Sed quotus iſtorum quiſque eſt, qui fortia patrum
Geſta manu curet, ingeniove ſequi?
Extera ſectantur potius, ne forte videri
Alta queat virtus progenerando ſeri.
Non loquor hoc cupide, docet experientia verum,
Vir magnus peperit raro ſibi ſimilem.

Germanorum & Italorũ induſtria diſpar.

Ingenium in manibus gerit orta Tuiſtone pubes:
Italiæ populis ingenium in capite eſt.

Ianuarius ſiccus, frugiferentis anni index.

Iani menſis aquæ ſitiens opulentat agreſtes;
Dum meat hic, optent eſſe ſine imbre Iouem.

Ad Craſtinum captatorem.

Heredem certum vetuli te credis & orbi;
Spes tua mutari, Craſtine, certa poteſt.
Nil vetulo adſpernantius eſt & diuite & orbo,
Cum ſua adhamari, ſeq́ꝫ odio eſſe videt.
I licet, eraſum ceris plorare iubebit,
Si male ridentem viderit ille ſemel.

Ad Æſchinem.

Ardua defuncto tibi pyramis, Æſchine, ſurgit:
Pulchra oculis capto eſt ædificata domus.

Ad eundem.

Poſt obitum dixere tuas docti vndiq; laudes:
Surdis concinnuit te Philomela modis.

Ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Ad Crantorem Paracelſiſtam.

Alchymiæ quo ſacra minus nouiſſe laboras,
Hoc magis à ſtolidi nomine, Crantor, abes.

Externa bona non ſemper bona.

Diuitiæ valeant, quibus eſt ignota voluptas:
Pungunt non vngunt quæ male habētur opes.

Ad Antonium facie fœdum, veſtitu elegantem.

Veſte nites Serum, tendiſq; venuſtus haberi,
Fauerit à teneris quum tibi nulla Venus.
Deſipis, Antoni, multum ambitione ſiniſtra:
Erronem à recto te tuus ardor agit.
Re nunquam deformis obeſt ſibi turpius vlla,
Quam quum formoſi nomen ineptus amat.

Ad Avitum.

Vxor, Auite, tibi quæ contigit, hectica febris
Ipſa eſt: auelli non niſi morte poteſt.

Ætas humana.

Senſim noſtra, Conon, ſine ſenſu carpitur ætas:
Naturæq; manu dum datur, eripitur.
Aſpicis hoc æquor cæleſte? rotatur in orbem:
Momina agunt horas, horæ abiguntq; dies.
Iſta dies trepidans, quæ nunc abit alite paſſu,
Mox rediture aliam ſubycit atq; aliam.
Nec mora, nec requies, velut vnda ſuperfluit vn-
Curriculũ exercent circum eunte globo. (dam

Sic abeunt menſes, ſic anni: ſingula tempus
Sic terit, & nihil hic perpetuare ſinit:
Dum licet ætatem cultu impendamus honeſti.
Craſtina lux ſera eſt: vita hodie apta coli.
Vt veteres docuere, nocet differre paratis:
Vltima quis nouit ſi tibi fulſit Eos,
Aut mihi? poſteritas nos norit, ametq; fuiſſe
Qui re fluxa vſi ſunt aliquando bene.
At tua primæuo florens in vere iuuenta
Mortis ab extrema eſt conditione procul.
Sic tibi perſuaſum credo: mihi tu quoq; credas
Nil vitæ in ſpatijs iſtius eſſe procul.
Mors è nube latens caput exſerit omnibus æqua,
Et ſenio iuuenes ſurripit & pueros
Pluribus vſa vijs: ceu furua nocte per vmbram
Præmia fur tacito clam pede certa petit.
Hinc fit vt extremo vicinior ille ſit, abſtans
Eſſe videbatur qui magis ante ſibi.

Conſolatio.

Deformem genuit te, Lynx, natura: quid hæres?
Non quod delectet, quod tibi proſit habes.
Mitte queri: occurrit multis præſaga periclis,
Exſtinxitq; facem quâ periturus eras.

Ad amicum.

Virtuti modicum, vitio nil ſufficit: aude
Aulon, immodicas ſpernere diuitias.

Trium gentium vitia notata.

Iudæi in feſtum Paſchæ ſua opima profundunt:
Maurigenæ in feſtum connubiale ſua.

Chriſti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Chriſticolæ ne non peccent quoq;, commoda parta
In ius expendunt litibus atq; trochis.

Ad Avitum.

Sedulus eſto & vir. Virtus ſita in arduo, Auite, eſt.
Vendunt DI nobis cuncta labore bona.

Ad Attalum.

Fortunæ culmen ſummum premis, Attale; conſta
Ergo tibi, in præceps ne titubando cadas.
Lubricus iſte locus, ſemper trepido aëre mutat:
Ceu maris inſtabili fluxu agitatur aqua.
Olim, Pœnus ait, finis ſuper alta leuatis
Vltimus eſt ruere. veridicum eſſe liquet.
Vidimus in manicis & carcere Regibus ortos:
Seruorum natos vidimus in ſolio.

In Domino ſalus.

Sit nobis prora & puppis Deus atq; Homo Chri-
Ad cælum cunctis hoc duce recta via eſt. (ſtus.

Laus ſit tibi Chriſte redemptor.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

IANI LERNVTI

TROPHAEA AVSTRIACA,

Victorijs

ALBERTI ARCHIDVCIS erecta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Sereniſsime Principum
ARCHIDVX ALBERTE,
A ſtirpe Auſtriaca Cæſareum genus,
COELESTISQVE AVLLÆ
Flamen Dialis:
Quo gloriatur Præſide Belgica:
Cuius cardine ſuſtinetur orbis:
Hoc quidquid eſt libelli,
Quod in tuæ ſpem gratiæ
Compoſitum vides,
Ad
Sacram columnam
Memoriæ viuacis,
Velut obligatoriam tabellam,
Pendere tantiſper affixum
Patiare,
Dum maiora dum meliora tibi,
Expoliam certus Cliens;
ſuſpendamq; altius
In arce
Famæ (vt ſpero) æternæ.
Feliciter porro
Et Hoſtem & Invidiam
Vince, vt cepiſti,
MAGNANIME PRINCEPS:
Ac tueri perge tuos,
Tuumque me eſſe velis.

In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

In aduentum *Sereniſsimi Principis, & Ampliſſimi Cardinalis,* ALBERTI AVSTRIACI, Belgicæ Gubernatoris.

ELEGIA I.

ILLA *prior rerum pleno bona Copia cornu,*
Per quam diffuſum nomen in orbe tuum eſt:
Æqualiq; Dice gaudens integra bilance,
Iamdudum armorum turbine pulſa procul,
Ecce reuertuntur. Dux illis Belgica magnus
Obtigit, Auſtriacæ lumen amorq; domus
Albertus, claro prognatus Cæſare, frater
Cæſaris, & Regis dextera Betigenæ,
Conſiliumq;, galerito præſignis honore:
Cuius & Antipodum littora laude madent.
Quemq; ſuis merito præfecit ditibus aris
Aurifer Heſperiæ nobilis amne Tagus.
Tolle caput mœſtum alma parens: & gaudia mēte
Concipe, quanta potes: præſidium atq; decus
Ipſe tibi excelſa cæli demiſit ab arce
Iupiter, haud poteras poſcere plura Iouem.
Erneſtum abſtulerunt (fateor) modo triſtia fata:
Nunc dant Alberti numine læta frui.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Sic vice mutata fulget Ledæa propago,
Alternumq; micans ætheris alta rigat.
Hic tempeſtates bellorum ac nubila pellet,
Cunctaq; conſtituet candida pacis ope:
Hic terræ & pelago commercia libera reddens
Vim nocuam arcebit, multiplicesq; dolos.
Hoc Duce in antiquum ſurges rediuiua decorem,
Germani fratres Scaldis & Iſter erunt.

De bello Belgico.

Ad eundem Sereniſsimum Archiducem.

ELEGIA II.

QVæ canos patriæ proceres vehit, altera vt Argo
Tunditur aſſiduis fluctibus acta ratis.
Venti vtrimq; fremunt aduerſa fronte minaces:
Ingruit hinc Boreas, turbidus inde Notus.
Ipſe mare irata Neptunus cuſpide vertit:
Vix immota ſuis hæret arena vadis.
Percurrunt vaſtum trepidantia murmura cælum:
Fulminaq; eliſa nube coruſca micant.
Excuſſusq; gubernaclo decuma occubat vnda,
Belgarum nuper qui Palinurus erat.
Omnia naufragiũ intentant, morsq; imminet atra,
Hanc Alberte ratem tu niſi rector agas.
Prende manu clauum, laxoſq; adſtringe rudentes,
Et certum in portus te duce tendat iter.
Caſtori & Erneſto Pollux ſuccedere frater
Incipe: terra maris vos ſciat eſſe Deos.

Ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Ad Cælites.

Pro Alberto Auſtriaco, Expeditionem primam parante.

ELEGIA III.

CAndida qui colitis Superi Iouis edita templa,
Quiq; maris virides DI celebratis aquas:
DI tellure ſati: nomen quibus inclyta Virtus,
Alma quibus Pietas numen habere dedit:
Securos iam ſi qua poteſt vos tangere cura,
Cernite vaſtatum Belgiacum omne ſolum.
Et tandem belli crudelem auertite flammam,
Ne peſſum gentis gloria priſca cadat.
Exitio infando per tot iam luſtra perimus,
Ilios eſt noſtris paſſa minora malis.
Vulturij hinc rimantur obunco viſcera roſtro:
Sanguinis implentur nec minus inde lupi.
Nullaq; tam ſolis fera conditur altera in oris,
Quæ non oſſa ſua ſparſerit orba cute.
Sicq; auide pulpas abſumſerit atq; medullas,
Vt vix omento ſe ferat ipſa grauem.
Ad peſtem hanc & monſtra domandum Albertus (ab orbe
Excitus Heſperio iam nouus vltor adeſt.
Vtq; ſuo adfirmet nutantem Marte columnam,
Depoſita cidari purpurea, arma capit.
Auxilio ite Dei Regalia bella gerenti:
Hoc victore vetus reſtituetur honos.
Ex auro vobis delubra micantia ponet:
Inq; aurum nobis ſæcla redire dabit.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

De capta Caleto.

ELEGIA IV.

CRederet hoc quiſquā? elata modo frōte ſuperbū
Quod ſtetit ad magni nil Iouis arma pauēs.
Quodq; ſua late tenuit ſub lege profundum
Plauſa Caledonio qua coit vnda fretu.
Prædarumq; ſequax pecore exuit & ſegete agros,
Iuſq; nouum ſtricto condidit enſe ſibi:
Illud Liligeræ famoſum gentis aſylum,
Cernere quod recto nulli oculo ante datum:
Inuidiam oppoſitis toties quod præbuit Anglis,
Sola quibus terræ ianua nuper erat:
Vndecima facile expugnatum luce Caletum,
Induit Auſtriadum colla ſubacta iugo.
Cautior ad clades tantum vigil ipſe fuiſſet,
Credita cui populi cura ſalusq; fuit.
Nec cæca in damnum tentaſſet prælia ſorte,
Manſiſſent dominis inuiolata bona.
Nunc quoniam pugnæ placuit magis alea, honeſtas
Impulit in furias ſe temere atq; ſuos.
Vt potuit (fateor) defenſa viriliter arx eſt.
Seruantem fidei ſic decet eſſe Ducem.
Sed ſtimulo vanum pungenti impingere calces,
Vrbe inſeſſa, arcis ſpes iugulata iacet.
Quid iuuat imbellem compellere ad vltima turbā,
Anne ſimul pariter perdere cuncta iuuat?
Si mortem ſtat obire, tuos tamen aſpice, magni
Eſt animi, ante obitum conſuluiſſe ſuis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Quos niſi nota Ducis ſeruaſſet dextera noſtri,
Exitio penitò merſerat atra dies.
Hæc tua laus, hæc eſt tua adorea maxime Princeps;
Iam tibi ſe totam Pallas amica fauet.
Aſtu ita Francigenam ſubito es fidenter adortus,
In verum vt redigas corda animoſa metum.
Nil Rex acer equis, nil pollens claſſe Britannus,
Addita Mattiacûm nil Batauûmq; manus
Profuit obſeſſis: Vrbemq; arcemq; ſtupentes
Impete viderunt fulmineo vſq; quati:
Dum via murorum ingenti patefacta ruina
Compulit, aut timidos vertere terga fugæ,
Aut telis contra intentis dare pectora fortes,
Et per pulchra ſacram vulnera adire necem.
Hoſtibus inuitis firmaſti caſtra, tuisq;
Munimen præſens, & vigor vnus eras.
Quem tibi componã Æneadum de ſtirpe Latina
Virtus ad cælum cui ſua fecit iter?
Romano Fabius Cunctator clarus in orbe eſt,
Qui calidum lente fregit Amilcaridem:
Clarior ipſe virorum, Alberte, futurus in ore es:
Nam decus & nomen promtaq; bella geris.
Macte animo inuicto, macte eſto illuſtribus auſis,
Gloria Scipiadæ te ſimilem iſta facit.
*A quo * cognomen quia priſcum & nobile ducis;*
Quærere Marte tuo perge trophæa pari.

* *Scipio* enim ſiue *Stok* vocatus olim fuit Carolus V. Imp. quod Cunæ eius Gandaui atteſtantur, cognomen hoc inciſum margini diſertim præferentes.

Nec

Nec longe quærenda, ferunt vltro obuia ſeſe,
Oſtendæ oſtendas ſi trepidæ arma modo.
Vt Morinûm obtineas coniunctim vno æquora (tractu,
Imperijs ſupereſt vrbs ea ſola tuis.
Vrbs animis, dextraq; ferox, germana Caleti:
Heu nimium noſtro pernicioſa ſolo.
Illius eſt ferrum ſiluas quod obambulet altas,
Illius agricolis ſcabra quod arva vacent.
Illius igne iacent proſtrata Deûm ardua templa:
Lapſaq; tecta hominum deſeruere Lares.
Illius vſq; metu latet intra mœnia ciuis,
Aut gemit ereptas, quum male prodit, opes.
Quid multa? Flandræ vera hæc regionis hirudo
Quæ ſuccũ nobis omnem auido ore bibit. (eſt,
Mentior, Harpyia eſt pedibus non aſpera aduncis,
Sed centumgemina prodigioſa manu.
Imo ipſa ipſa venenatis eſt Hydra colubris,
Innumera innocuis quæ fera facta dedit.
Tu gemmam talem iam partæ adnecte coronæ:
Qualem nec Zethes, nec meruit Calais:
Aut etiam Deus ille, gener Iunonis honoræ,
Cuius pacata eſt munere Lerna palus.
Hanc ego littorea quercum tibi deſtino in acta,
Ad Geſſoriaci rauca fluenta ſalis:
Tale ei vt inſcriptum viuat cum robore carmen:
Quod pleno Triton ſemivir ore canat,
Nereideſq; Deæ mirentur, & ipſe Palæmon,
Dum madidas ſiccant per vada aprica comas.
„ *Hac dicat Auſtriades ſua Victor in arbore ſigna:*
„ *Ipſius auſpicijs vlteriora patent.*

Angli-

„ *Anglicus Accipiter cum Gallo cõtrahat vngues:*
„ *Sede Ioui ſacra nidum Aquila acris habet.*

Ad Martem.

De Expeditione ſecunda eiuſdem Sereniſsimi Principis.

ELEGIA V.

MArs animos adtolle pater: criſtaq; comantè
Ardeat auratæ caſſidis altus apex.
Ad pectus thorax ſolido ex adamante rigeſcat:
Lemniaca ſuras ambiat arte chalybs.
Enſe Geta præcinge femur, clupeo indue læuam:
Fraxinaq; in dextra fulguret haſta manu.
Ferratumq; inſcende ferum: Iouis alite fauſta,
Iam licet, & ſocia Pallade bella noues.
Addidit Auſtriaco Dea ſe comitemq; ducemq;:
Iamq; inuicta pari numine caſtra mouent.
Romuleæ viſenda redit virtutis imago:
Ipſa imo virtus priſca vetuſq; redit.
Æmula in exemplum pubens accenditur ætas:
Omnibus ad clarum mens calet vna decus.
Arma fremunt, nutuq; tamen rectoris aguntur:
Miſcetur certa cum ratione furor.
Iam iuga iam pleni denſantur milite campi:
Fluctuat in læto ſic ſolo adulta ſeges.
Procedunt vexilla ſuis diſtincta maniplis,
Ventorumq; leui flamine pulſa tument.
Hinc celeres turmæ exultant, cunei inde pedeſtres:
Tympanaq;, & rauca cornua voce ſtrepunt.

Aere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Aere renidenti tellus & ſplendet, & horret;
Agminis in medio Dux micat altus equo.
Occiduis ſic lotus aquis leuat Heſperus ora,
Et cæli nitido lumine ſurgit honos.
Quem ſupra auratis volitat Victoria pennis,
Et lauro viridi Gloria ſternit iter.
Ad latus accedit Tritonia Gorgone tecta,
Tydidæ auxilium quale Ithacoq; fuit.
Aut ipſum qualis tutata eſt Perſea fratrem:
Heſperidum dites quum ſpoliaret opes.
Dumq; repugnãtem Dux obterit impiger hoſtem,
Guinea quà placidis fluctibus vda natat:
Diua procul poſitas gentes mota ægide terret:
Oppidaq; immiſſo percutit ante metu.
E ſpeculis aures trepidi arrexere Britanni:
Nec ſatis arua putant æquoris ampla ſui.
Mole Gygantæa cupiant ſibi littora plura
Surgere, vicinis obijcienda minis,
In tuto vt degãt: Thameſis pauet, & pauet Vmber:
Inq; caput refugas quà datur vrget aquas.
Sommea conductum magis adtinet & magis alueũ:
Vixq; audet tacito porrigere amne pedem.
Nec mirũ: timefacta tremit Picardia quanta eſt,
*Icſia cum portu dum Pitieſſa perit.**
Dum virgo indomitis modo cingitur, Ardeaſi gnis,
Et patitur duras obſidione vices.
Quid moror? ipſe mari trepidat Neptunus in alto,
Cæruleis tumidus qui prius ibat equis.

* Hoc olim Caleto nomen fuiſſe, teſtantur Annales priſci.

Sceptraq;

Sceptraq; dum quateret violenta tricuſpide telo,
Credebat terræ ius ſibi in omne ſolum.
Fruſtra: tam laxas Nemeſis contraxit habenas:
Spes fuit elato quæ nimia ante, fuit.
Bella inſtant: ſparguntq; nouas ardentia flammas:
Hoſticus abducto vomere fumat ager.
Obuia ſi qua manus, proſternitur: vt furit ignis
Quum ſemel arentes incidit in ſtipulas.
Aut niue Riphæa quoties Aquilo aſper, ab axe
Incubuit ſiluis, flabraq; ſurda ciet:
Exturbata ruunt valido pineta fragore:
Aduerſum inq; latus flectitur omne nemus.
Hæc ego caſtra canam vates, tua caſtra canenti
Dux ades, & læta te mihi fronte faue.
Vel tenuis tibi cura mei ſi pectora tangat,
Auſim Pieria claſſica flare tuba.
Mæoniq; hauſtum non expalleſcere fontis,
Altius inacceſſa quamlibet Alpe fluat.

Debellata Ardea.

ELEGIA VI.

VT quem diffuſæ montis de rupe profunda
Torrenti auxerunt alluuione niues,
Et ripas ponteſq; ſuperfluit, aruaq; inundans,
Ipſe ſibi inſolitum promouet amnis iter.
Non nemora aut ſiluæ, non ſaxa morantur euntem:
Voluit, & in præceps obuia quæq; rapit.
Vtq; Iouis dextra vibratum fulmen ab aure
Emicat, & volucri cuſpide tela citans

Proruit ingentes compacti roboris ornos;
Et valida in puncto turbinis æra liquat.
Sic Alberte, decus virtus tua pandit opimum:
Virtus, Auguſtis prodita Cæſaribus:
Et rectà æterni ad templum contendit Honoris;
Nilq; obſtare illi quod modo poſſit habet.
Nam ſi quis contra vires molitur & arma,
Deiectus ſubito cernitur ire minor.
Fortunata Ducis tanti indole, Flandria, curas
Exue, & atratum reÿce ab ore peplum,
Ah! ſatis in pulla duxiſti funera veſte:
Turpaſti lacrymis triſtibus ora ſatis.
Incipe iam veterum finem ſperare malorum:
Ecce tuas geſtit lætitia ante fores.
Scilicet hac ſuperum cœtus Dea mente reliquit,
Ut noſtros tali Principe tuta colat.
Aſpectuſq; ſui terras candore ſerenet,
Squallenti luctu quæ iacuere graues.
DI porro faueant: Dux æmulus Herculis alti,
Immunem à monſtris degere vbiq; dabit.
Et penita omne nefas ipſa ab radice reuellens,
Portenta in ſolas exiget acta plagas.
Nulla tuebuntur volucres Stymphala rapaces:
Protrahet è latebris Tartareum ille canem.
Non Cacum eripient ignes, non humor echidnam:
Non Neſſum curſus quadrupedantis equi.
Paſta dape humanā euertet præſepia, nulli
Antæo vires tacta animabit humus.
Auferet aſſiduo rutilantia mala Draconi:
Hei mihi, quā noſtro eſt multus in orbe Draco!

Inde-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Indomitumq; feroci infringet cornua Tauro:
Sordere Augiæ nec ſtabula alta ſinet.
Non mons vaſtus aprum, non frondea teſqua leonē,
Cum Laputha nullum nubigenam antra tegēt.
Credite, Pleumoſidūm arua lue purgabit ab omni:
Et vere Alcides Belgicus alter erit. (maior,
Quid loquor? ex meritis nunc eſt ipſo Hercule
Qui magno iniecit tam cito fræna mari:
Non totum impleuit cornu bis menſtrua Phœbe,
Laurea iam facili eſt parta labore duplex.
Vnam capta Caletum, aliam dedit Ardea capta:
Faſcibus Auſtriades iunxit vtramq; ſuis.
Obſtrinxitq; noua, mirum, tria compede regna:
Hoc Franco & Batauo Saxonidæq; dolet.
Vos gemina Aonides celebrate Trophæa puellæ:
Figite & in ſummis ſuſpicienda iugis:
Qua caput attollit ſublimi vertice opacum
Mons ſacer, & biſido ſidera colle petit.
Tuq; pater Cyrrhae modos meditare canoros:
Fraternamq; agili pollice pelle lyram.
Hæc eat externum Victoria nota per orbem,
Clarior à multo tempore nulla fuit.

Hulſto in poteſtatem veteris Domini redactâ.

ELEGIA VII.

QValis ab Oechalia Tyrinthius vrbe reuerſus
Victor, honoratis Argos adiuit equis:

Populeaq; comam compeſcens fronde fluentem
Ora palam populis ſuſpicienda dedit:
Incedenſq; ſolo, celſum caput extulit aſtris
Atlanti æqualem ſe geminumq; ferens.
Talis deuicta redijt Dux Auſtrius Hulſto
Lauriger, in curru quadrijugo altus ouans.
Lætitiamq; ſuis prædonum ſede ſubacta
Attulit: his ſtabulum nam ſtabile illa fuit.

* * * * * *
* * * * *
* * * * * *
* * * * *
* * * * * *
* * * * *

Hæc Iouis incuſſo poterat procumbere telo:
Dignior Herculea non erat Hydra manu.
Aſpice multiplici ſtabat circumdata vallo:
Stagnantiſq; loci vix adeunda ſitu.
Mœnia tormentis ſpargebant fulmina in hoſtem
Ænea, flammarum, jactat vt Æthna globos.
Mors numeroſa micãs volucri impete prodijt inde
Obuia percellens omnia ſtrage graui.
Quos non ad prædas emiſit auara maniplos,
Publica dum priuis accumulare furit?
Non tantum in ſolis quærebat præmia ſiluis,
Deuius obſcæua ſi quis eò iſſet aui,
Ære viatorem ſpoliabat, ſæpè anima ipſa,
Diſtricto in iugulos iugiter enſe minax.
Adſita crudeli carpebat & oppida furto,
Vel vi, vel furto, rem male vtroq; ſtruens.

Rura

Rura diu profugi lugebant vaſta coloni,
Waſia quà fines porrigit ora ſuos.
Sanguine cæſorum paſſim vepreta rubebant,
Oſſibus albebat latè adopertus ager.
Fanaq; proſtratis adytis euerſa jacebant:
Fœdior hæc omni grandine noxa fuit.
Sed iam pacatis licet otia ducere campis
Qualibet, & ſera nocte redire domum.
Nunc mala nos perpeſſa iuuant: diſcrimine pulſo
Gratum eſt exhauſtos poſſe referre metus.
Tolle animos Princeps, peſtem qui tollere diram
Auſus es, inuicti nominis omen habes.
Clara ter inſignem peperit tibi adorea laurum,
Addere mox plures Marte fauente velis.
Sic laus perpetuis tua floreat inclyta ſeclis:
Quam Pater in currum circitor ille leuet,
Sol Pater, & terras ſecum diffundat in omnes,
Arma gerenda tibi ceu ſua tela fouens.
Arma quibus preſſus Python miſere æſtuat alter,
Aëra funeſtans fumiuomente gula.
Ille prior periit percuſſus Apollinis arcu:
Alberti iaculis Principis iſte cadet.
Hoc precor & voueo. Vires Oſtenda rebellis
Exſere: in exitium ſponte coacta rues.

Ad Sereniſsimum Albertum Auſtriacum Belgicæ Principem.

ELEGIA VIII.

ALcmena genitus monſtris purgauerat orbem
Vndiq;, qua terras ambit vtrumq; mare,
Paucaq; reſtiterant fraudis veſtigia priſcæ,
Gentibus alternus quo minus eſset amor.
Ipſe animum curis vacuarat edacibus ægrum,
Gaudia tranquillo pectore læta fouens.
Non tulit illa feræ mens implacata nouercæ:
In ſcelus exciuit prodigia omne genus.
Nec mora, nubigenæ Pholoën liquere bimembres:
Bellaq; geſſerunt aſpera cum Lapithis.
Dictæos flagrans inuaſit bellua ſaltus,
Nec metuit cunas contemerare Iouis.
Septenumq; caput nigris armata colubris
Extulit ad Lernæ confluuia hydra nocens.
Nilum Buſiris, Diomedes polluit Hebrum:
Auſonij Cacum pertimuere lares.
Mons Erymanthus aprũ, Nemee frõdoſa leonem,
Stymphali volucres horruit Arcas ager.
Omnia ſubuerſis naturæ legibus ibant,
Omnia: fas factum eſt quod fuit ante nefas.
Implorauit opem Sancti perterritus Orbis:
(Nam quem Cælicolũm ſpe potiore vocet?)
Fer precor auxilium pereunti maxime Vindex:
Præſidio miſeris dextra amat eſſe tua.
Luget humus, pelagi vnda gemit, flet turbidus aër:
Nequitiæ ſordes flamma piare nequit.

Annuit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Annuit Alcides, & leni fronte ſerenus,
E Iouis arce nefas omne videmus, ait.
Pone metum, venio: clauamq; animoſq; reſumens
Mox iuſtum terris reſtituam atq; pium.
Ergo animum firmans, promiſſaq; certa morando
Heroi puduit non adhibere fidem.
Sed ſponſæ cupidus dum flagrat amoribus Hebes:
Inq; locis ſuperis pergit abeſſe procus.
Multiplicata modis auxerunt crimina miris:
Nec potuere vlla lege coacta premi.
Quare iterum vocem erupit clamore ſupremo,
Enecor: ille tori compare mactus adeſt.
Mactus adeſt, Pacemq; refert Iunone fauente;
Cui comes hinc Pallas iungitur, inde Themis;
Treſq; pari nodo Charites vincla aurea nectunt,
Quæ vis inuidiæ ſoluere nulla queat.
Depoſitum mœrore vigor vetus eriget orbem:
Terra decus ſumet & recreata nouum.
Principis eximij virtus monſtra omnia pellet:
Et rerum feſſis dulce leuamen erit.
Quid trepido ore ſcelus mutis? manus inclyta nota (eſt
Herculis. infernas i pete Ditis aquas.
Illic te Phlegethon vrat feruentibus vndis:
Aut Stygis algenti mergat in amne Charon.
At tu nos ſolito Dux robore perge tueri:
Portenta aduentu iam pauefacta tuo
Ilicet aufugient, ceu nubila Sole reuerſo,
Quum præ ſe Boreæ flamina ſudus agit.
Oſtendæ tantum iubeas plorare rebelles:
Quæ toties triſtes nos dedit in lachrymas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Maxima tergeminis tibi ſurgit honoribus ara,
Brugæ vbi digna tuo numine tura crement.

Vaticinium fluminis Riæ,
Seren^{mis} Principibus Alberto & Iſabella Brugas primùm ingreſsis.

ELEGIA IX.

COrnigeram viridi præcinctus arundine frontē
Dum placido Brugas gurgite Ria ſecat;
Publica ſuſpiciens Vrbis ſpectacula feſtæ,
Structaq; diſtinctis pegmata multa locis:
Extemplo inuerſam diffudit prodigus vrnam,
Suſtinuit fluidum ſed ſubiti amnis iter:
Reiectanſq; manu fuſos ſuper ora capillos
Cœpit præſaga talia voce loqui.
Tolle animos Vrbs magna, tui ceſſere labores:
Vltima mœrorum iam tibi meta prope eſt.
Certaq; lætitiæ conſtantis ſurgit origo:
Otia libertas priſca colenda refert.
Ferrea conuertuntur amicum ſæcula in aurum:
Quæ miſeros nimium nos habuere diu.
Iam noſtris præceps fugiet Diſcordia ab oris:
Belgica felici Pace vigebit humus.
Trans Erebi loca tetra fugabitur & Scelus & (Fraus:
Germana accedet cū Probitate Fides.
Sancta Fides, nudis adſtringens fœdera verbis:
Et Fidei ſanctæ Iuſtitia apta comes.
En Virtus exſtincta recenti accenditur æſtu,
Sol init auſpicijs dum tua regna bonis:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Sol nouus Auſtriades, cui regia ſanguine ab vno
Nupta tori præfert claram Iſabella facem.
O Morini orbis amor, geminũ o jubar æthere miſ-
Ad cuius radios iã pelagi vnda tremit. (ſum,
Vnda procelloſi tumefacta calore furoris,
Nam furor inflatam non ratio æqua mouet.
Flumina quæ veſtro nutu mea voluo, benigni
Aſpicite, & præſens auxilium eſte mihi.
Quiq; oculis ſplendens veſtris micat aureus ardor,
Irrigat is lymphas clarificetq; meas.
Oceani arua peto celeri pede quamlibet hoſtis;
Auguror, vltra hoſtis non erit, hoſpes erit.
Et quo nunc ſæuit per iuſta & iniqua, tridentem
Ponet, in has partes & ſimul ire volet.
Ni velit, aduectæ experietur robora claſſis,
Quam Ligurum vobis Spinula ductor agit.
Vix ea dicta: nouo ſonuit ripa vtraq; plauſu:
In medioq; hiemis dædala riſit humus.
Naïades oblitas inſtaurauere choreas;
Oraq; Nereides exeruere mari.
Omnis olor cantum increpuit per colla canorum:
Cynthius ipſe ſuas vltro animauit aues.
Cœperunt rutilo flaueſcere ſæcla metallo,
Purior ire dies, & liquor almus aquæ.

HEROICVM TRIVMPHALE, De ſubactâ Oſtendâ.

ILle ferox quicumq; leuat caput altiùs, & ſe
Rege ſuo credens maiorem, faſq; nefaſq;
Miſcet, & in patriam temere excitat arma rebellis,
Fertur ad extremum præceps, iramq; ſeueri
Vindicis incurrens, ſentit regale Tonanti
Fulmen, & ad noxas volucrem ſuper eſſe luelam.
In ſuperis ſeruat ſedes Dea Medica certas,
Adraſteia priùs, Nemeſiſq; vocata Pelaſgis,
Omnibus elatis infeſta, manum illius acrem
Nemo nocens vitare poteſt: noctuq; diuq;
Excubat, & freno tandem ſtringente coërcet
Iſtos, mente mala qui commoda publica turbant,
In leges ipſoſq; Deos homineſq; ſceleſti.
Non leue momentum aut facile eſt certamine cæco
Principibus pugnare viris. Deus ad caput illis
Semper adeſt, præſenſq; pijs ſua ſufficit arma
Fautor, & ad bellum firmat formatq; lacertos:
Et facit è iuſto victores Marte reuerti,
Electoſq; ſibi cingit diademate ſacro.
Nec, veluti vulgò rentur, de ſanguine Princeps
Naſcitur humano: cæli de ſemine largo
Germinat. Hūc Diuûm rector clupei obice tectum
Ipſe ſui munit: mandatq; Dei inſtar habere.
Nempe vt honoratus populis gerat aurea ſceptra,
Et pro ſe in terris mortalia rite gubernet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Hinc olim fratres geniti tellure Gigantes
Culmen inacceſſum affectant dū ſcandere Olympi,
Conanturq; Deos ſuperis detrudere regnis,
Phlegræo Oromedonta iugo fecère ſuperbum
Montibus impoſitis, & quadrati aggeris auctu
In ſublime ferum ſunt niſi attollere bellum.
Sed ſimul atque acies collatæ cominus, omnis
Vis furiata ſtatim dextrâ domitrice repreſſa
Eſt Iouis, icta citis immania corpora telis,
Pulueris in morem, Boreas quem iactat & Auſter,
Sparſa ſolo iacuêre, nigranti ſtrage peremta.
Enceladus moriens vaſta ſic obrutus Ætna
Ardet adhuc, patulis exſpirans faucibus ignes,
Et cunctis manifeſta ſuæ dans ſigna ruinæ,
Sulphuris in tetri numquam non voluitur amne.
O Diui, quæ tempeſtas bacchata per agros
Turbida: quis prædæ fuit inſatiabilis ardor
Belgico in hoc tractu? tot iam voluentibus annis
Omne latus Morini orbis auaro ad lucra latrone
Excuſſum eſt: res priuato nulli integra manſit.
Publica quin etiam Harpyis decerpta licenter.
Omnia ſacra profana malo permiſta furore
Iuſtitiam procul à nobis pepulêre fidemq;.
Ignibus iniectis flagrarunt templa Deorum,
Sacrilegis violata rapaciter, & data peſſum.
Sæuitiæ teſtes reſtabunt rudera in æuum:
Et pietatis agent omnes vel muta loquendo.
Mille cruentato ſunt cædes enſe peractæ,
Barbarus Americo quas nullus in orbe patraret.
Ipſa vltro manibus ſubuerſa altaria, & aræ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Et iam compoſitos placidè per ſæcula manes
Sollicitaſſe nefas nullum duxere: ſepulchris
Eruta Sanctorum patuerunt corpora vulgò,
Proh ſcelus, inq; maris vicini merſa profundum
Aut hærent ſcopulis, aut debent ludibrium vndæ.
Hæc gens in rabiem ſtimulis ita triſtibus acta,
Agmine contracto toties quæ Grudia rura
Preſſit, & vt potuit virtutem finibus iſtis
Expulit antiquam, qua nuper Flandria felix
Audijt, & ſecli pars floruit optima mundi:
Hæc, inquam, gens dira, nouis compreſſa lupatis,
Poſtq; tot acceptas clades acciſa viritim,
Nunc acres animi potis eſt ſentiſcere morſus:
Stultitiæq; ipſam ſeſe damnare ferocis:
Quòd non prudenter ſibi cauerit, ante procellas
Tam magnæ tempeſtatis, quibus obruta pœnè eſt.
Ergo age mœrores deponere patria longos
Incipe, lætitiæq; recenti pectora præbe.
Ceſſet amaricies, quæ per caput hactenus iuit
Corq; tuum, pleno ceu fluminis impete fuſa,
Sidera ſeu nobis tantum impreſſêre malorum,
Seu labes tam magna coacta eſt crimine noſtro,
Auctores potiùs ſeu numina ſancta fuerunt,
Vt libeat tandem terras odiſſe profanas,
Et patrio mentem propiùs aduertere cælo.
Eloquar inſidias vafra mulcedine ſtructas,
Decepêre quibus primores, ſigniferosq;?
Et fictis celata modis periuria, plebes
Perducta in laqueos ſenſim eſt quibus inſcia rerū?
Subdola certorum molimina nolo tacere,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Ad quorum voces ſubitò venere citati
In partẽ prædãq; Duces. Moſa, Rhenus, & Albis,
Cum Ligeri Thameſis conıurauere, maniplis
Vndique conductis. Sic excita ebria corda
Spe promiſſorum, ceu neruis mobile lignum
Ducitur, artifici quod pollice dextera verſat:
Aut oſtentatum currit quum piſcis ad hamum,
Inter aquas longo ieiunia tempore paſſus.
Quare alacres Diuis meritum cantemus honorem,
Albertoq; Duci cum coniuge: Spinula laudes
Imbibat aure ſuas, illorum fortia geſta
Coniunctim celebrentur: amico numine quando
Ambo deuicere ſuos prognariter hoſtes.
Auſtrius Albertus, Genuæ lux Spinula fortis,
Inq; ſtatum Morinas affirmauere columnas.
Ornatur cælum ſtellis fulgentibus aptum:
Montani ſaltus multa ſeſe abiete inumbrant:
Veliuolum pelagus decoratur nauibus altis:
Populus ad ripas creſcit procera liquentes:
Et DIs nulla magis res eſt quàm gloria cordi.
Nec frons alta Ducis ſibi præmium amicius optat,
Quàm plexis lauri folijs veſtire capillos.
Nam ſignum laurus certum eſt victoriæ adeptæ.
Virtus Alcidæ ſperato creuit honore,
Sæua Molorchæi dum frangeret ora Leonis
Ætate in tenera, pòſt partum nomen ab armis
Vexit eum ad cælum non auerſante nouercâ.
Ordinibus ſuperis hominem laus inſerit, acrem
Indole Mauortis, ſed cui Dea Pallas amica eſt,
Ne ruat indulgens animis, tranquillaq; turbet.

Magnus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Magnus Alexander thyrſo percuſſus honoris
Per montes ac plana remotos iuit ad Indos,
Victor vt integrum ſua ſub iuga mitteret orbem.
Vidit Arabs illum, gemmis mare vidit abundans,
Quod videt ex oriente diei ſurgere lumen,
Indumq; Gangemq; ſupra, terræ extimæ in oris
Victricis dextræ ſuffigere celſa trophæa.
Cui licuit cum laude mori, non inuidet annis.
Agger honos verè eſt, patriam qui vallat, & arcet
Hoſtilè incurſum. Breuiter pro Principe quiſquis
Fata ſubire poteſt, felix vitæq; neciſq; eſt.
Sic quoq; magnanimum tentauit gloria pectus
Spinula ſumme tuum, Dux inclute Spinula, cuius
Dextera decerpſit Phœbea ex arbore ſertum:
Sertum inſigne, notet ſpoliū quod Martis opimum:
Et tibi honorato cingat velamine frontem,
Quæ domuit fortes, & belli nubila abegit
Aſpera, perpetuiſq; minaciter aucta procellis.
Has multi imbiberant à nemine poſſe domari
Quamlibet eximio ductore: nec abfuit illis
Subtilis ratio: ſed quàm malè nixa, probauit
Exitus. Antiquis populis idem accidit error.
Credere non poterant Pythona ab Apolline ſæuum
Exſtinctum iri, oculis ſæuum, linguaq; triſulca:
Tergore qui vaſto protenſus, & obuia rumpens
Quà ſerpebat, agri complebat iugera plura,
Eiectans ſaniem fœdam de ventre profundo.
Delphi admirantes multum ſtupuêre, ſubactum
Prodigium telis Diui tale eſſe videntes:
Diui pugnacis, cuius clariſſima virtus

Exemplo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Exemplo docuit certo per prælium id acre,
Omnes qui in ſuperos audent bellare, repulſos
Aut lugere diu, aut ſubita malè morte aboriri.
Haud aliter tellus modò Flādria, triſtis & horrēs,
Quæ vix auſa oculos animoſq; attollere in altum,
Tempus ſperabat tam felix adfore nullum,
Quo venti rabies hæc ſeditioſa remitti
Poſſet, & in liquidas tenuari leniter auras:
Arma Ducis ſpectat victricia, peſte fugatâ
Aſpidis æquoreæ, ſiue eſt magis Hydra vocanda,
Nam fuit Hydra nocens, centum vallata colubris.
Illa venenato corruperat aëra flatu
Flandrorum, irriguoſq; lacus, & paſcua rura,
Oceanumq; omnem, nec non nemorum auia teſca,
Inq; vrbes eadem penetrarat & oppida labes,
Hæſit in occulto multis quæ fota ſub alis,
Non Geta, non Hunnus, non tot mala conciijt olim
Vandalus, Heſperiam quum victor vtramq; petiuit
Singula proſternens flammaq; & robore ferri:
Finibus vt nocuit noſtris hæc publica peſtis,
Ingenij immanis veſtigia vbiq; relinquens:
Nec vetuli parcens pueriq; aut virginis annis.
Credas ex imis Erebi prodiſſe cauernis,
Aut Phlegethonteis Stygijſq; paludibus ortam
Tiſiphonen ſecum, & geminas raptaſſe ſorores.
Arctoum ad pelagus, quà ſpicula porrigere Eos
Deſinit in terras, quia curui tramitis ancon
Hinc petit occaſum, ſola cætera poſſidet æquor,
Non procul Altburgo, Moriniq; in litoris acta
Optauêre locum, vireſq; per agmina nacti

Conflua,

Conflua, prædonum ſtatuerunt impium aſylum?
Et iam ſe rerum dominos rati, ad omnia prono
Ibant ſæua gradu, nec magni Principis arma
Vlla paueſcebant: non ſi remeaſſet ab vmbris
Scipio, vel fulmen Libyæ foret Annibal vltor.
Heu animi læuos: non nôrant numinis alti
Cuncta ſupercilio prorſus rurſuſq; moueri:
In genibus cuius poſita eſt Victoria ſolis.
Illic firmatis defendere viribus Vrbem
Incepêre, ſimul circum fuit vndiq; cincta.
Verùm nulla auium liquidi per ſtagna profundi
Fauit eis, nec dextra dedit felice volatu
Omina. Namq; Deus bellum fatale regebat,
Auxiliumq; ſuis præbebat ad vltima præſens.
Poſtquam te partes voluit iuſſitq; fideles
Spinula tutari, fratris qui Heroica facta
Æmulus, & proauûm ſectans decora alta tuorum
Ipſius es viſus priſcæ virtutis imago,
Imò habitare tuo viſa eſt in pectore virtus,
Olim Romuleos proceres quæ vexit ad aſtra:
Dum res imperij firmant, & Marte ſecundo
Succurrunt miſeris ſimul, affliguntq; ſuperbos.
Tu creperi rumpens obſtacula temporis omnia
Fulmina ſpreuiſti fatalis ahenea cannæ:
Spreuiſti virus gemini ſerpentis, & intra
Caſtra tua atq; extra mouit qui ſibila colla,
Clamq; palamq; nocens, nec dipſade mitior Afra.
Mox muros actis ſola per ſubterrea foſſis
Puluere nitrato ſubuertis. Diſſilit agger
Cratibus abruptis extemplo, & ſpargitur illuc

Quo

Quò vis cæca premit. Non acrior impetus Ætnæ
Perfurit, anguſto Vulcanum vbi carcere torquet
Incluſum, fundoq; vomens exæſtuat imo:
Proſiliunt fracti lapides, & fumeus ardor
Denſa nube globos flammarum & ſpicula iactat.
Sicilis Enna tremit concuſſâ rupe triquetra:
Ipſaq; ſubiectis prætexitur æthra fauillis.
Dum trepidāt intus, viuerrām imitatus, ad hoſtem
Improuiſus adis, auidum pauidumq; duelli
Vertere terga iubes conſtans, & cogis in arctum.
Donec deprenſus vires iterum aduocet omnes
Pectore firmato, mortiſque in imagine triſti
Creditur vna ſalus nullam ſperare ſalutem.
Hic animis acerque manu certamen iniſti
Nobile, multiiugum. Talis ſub vallibus Idae,
Agmine quà rapido Teucrorum flumina manant,
Et freta prona petunt ſubmerſa à Virgine nota,
Troiugenis vitam ferro Dux Phthius ademit:
Sanguinis impulſu fluxit pauida vnda Scamandri
Decolor, & Simois ſolito pernicior iuit
Ipſe, cadaueribus niſi quà cumulatus adhæſit,
Dum retro vndantem flexo pede fertur ad vrnam.
Cuncta procelloſæ trepidarunt grandinis ictu,
Machina quam fudit bellatrix fauce cauata.
Intremuêre maris commota per æquora Nymphæ:
Antraque feſtino petiêre latentia curſu.
Omne ſolum, cœlū omne nigranti turbine tectū eſt,
Inuoluitque ſalum ſimul vndique fumea lampas.
Mars pugnæ cupidus ſubitò Pangæa reliquit
Culmina: veſtitu non illo fulgidus ibat,

Quo Veneris quondã in gremiũ, Cytherëia captans
Oſcula, dum blandos dominæ ridentis ocellos
Suſpicit, æterno deuinctus vulnere amoris,
Hæret, & intentus formoſo totus ab ore.
Non coma colla flagellabat, molleſq; capilli
Ex vtroq; pari capitis diſcrimine fuſi
Ante vagabantur criſpo ſplendore decenter.
Caſſidis auratæ clauſum caput ære gerebat,
Cuius criſta triplex excelſo è vertice ſurgens
Autumnale velut ſidus de nocte micabat
Effundens radios ardentes crine iubato.
Lorica Æolij Steropis perfecta labore
Ambibat corpus: cui tortos nexilis hamos
Squama coërcebat, ferroq; auroq; rigeſcens.
Quid moror? haud aliter ſe munijt, ætheris arce
Quam periturorum quum diſpulit arma Gigantũ
Exciſam quatiens Rhodopes è rupibus ornum.
Proxima dextra Ioui, nec fulmine ſegnior haſta.
Hinc agili ſaltu tergum conſcendit in altum
Quadrupedantis equi, quo Spinula vectus obibat
Prælia, & exacuens verbis Germanica corda,
Atq; Italũ robur, Sequanũq; Ducem incitat vltro
Talibus. O cuius nunc Flandria pendet ab auſu
Inſperata fouens ſub pectore gaudia mœſto,
Obuia, ait, ferro flammaque age ſubrue, tela
Quæ gero pro Morinis, pro Principe, proq; Deo, ar-
Ardent ecce nouæ ſuccenſa cupidine cadis. (dent
Turba inimica metu percuſſa ſuo æquora tinguat
Sanguine. Fata Deûm aduerſus pugnando laborat.
Cauſſa facit vires animoſque in milite iuſta:

Quæ

Quæ ſi ex iure mala eſt, manibus pudor excutit ar-
Infer ſigna igitur. Lapſu volat alite tempus. (ma.
Ipſe ego qui nutu cita tempora tempero, munus
Principis Auſtriaci plexam hanc adſeruo coronã.
Nec mora, prorumpens clupeũ mouet, omnia contra
Tela reſiſtentum, demittens corpora morti
Fortia. Mane mari ceu quum formoſa reſurgens
Lucifero præeunte diem Tithonia portat:
Et fluuio Oceani roſeos perfuſa lacertos.
Inter mille faces cœli leuat aurea vultum,
Purpureo incedens cunctis ſpectanda nitore:
Diffugiunt nubes, & nigra in veſte tenebræ:
Reſque ſuum capiunt diſiectâ nocte colorem.
Spinula ſic ductor cuneos peruadit, ahena
Luce coruſcus, & hoſtiles premit enſe cateruas.
Illius eximias virtutes claraque facta
Ipſe Pater Nereus pelago miratus ab alto
Obſtupuit, Glaucuſq; ſenex, iuueniſq; Palæmon,
Tritoneſque feri, Phorcique exercitus omnis
Laudauere manum, licet atram clade ſuorum.
Nam veluti ſegetes occat flagrante ſub æſtu
Ruſticus, exercens falcem: ſimili impete ſtrauit
Agmina. corporibus iacuit paſſim obruta tellus,
Quorum pars auibus magnis modò pabula præbet
Litore proiecta in ſicco, tumuli omnis egena.
Pars natat æquoreis per cærula piſcibus eſca:
Aut ad ſaxa minutatim laceratur acuta.
Pars cæno obſcæno potior demerſa putreſcit
Turpiter, anguillis alimentum triſte lutoſis.
Adueniet luſtris olim labentibus ætas,

Agricola impreſſo molitus vomere terram,
Sæua ſuperiecto quæ puluere contegit oſſa,
Oſſa gemens lacrymanſque irata voce queretur
Infesto Flandris Genio genita, oſſa quietis
Neſcia, quæ terras turbarunt, aëra, & æquor,
Proſubigens pede conculcabit, & atteret vltor.
Gurgitis è liquidi ſtagno iam per freta Nymphæ
Nutricum tenus exſiſtunt Nereides vdæ
Sanguine cæſorum, ſocias ſecumque Napeas
Producunt in aprica, choreis apta canoris
Signa Ducis circum lætum Pæana ſonantes:
Et tergo inſcribunt hoſtili theta ſiniſtrum.
Sic te perpetua Victoria laude coronet
Magnanime Princeps, & quas premis opprimat vr- (bes
Duxque comeſque tibi: ſic militis inſita fronti
Gloria ſtet perpes: ſic ala præpete inumbret
Spinula te cingens, laurique è fronde corollam
Adſtruat, ac merito tua tempora velet honore:
Et ſeptem pennas cono in galeæ aurea figens,
Ventilet vſq; tuum ac ſpargat decus omniũ in ora.
Sic cœlum, ſic cœlicolæ tibi iugiter adſint:
Vt quoties vſus veniet, ceruice ſuperba
Hoſtem exultantem reprimas, victorq; triumphes
Quadriiugos agitans deuicta per oppida currus.
Sic roſeo in rhamnum tua ſpina vigore adoleſcat,
Et nulla tempeſtatis vi concidat icta:
Optatæ pacis ſed candido in aëre ſemper
Floreat, æternæ fructu virtutis onuſta:
Inuideatque decus magni Iouis hoſpita quercus.
Interea Genitor vultum conuerte tuum ad nos,

Noſq;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Noſque tuo illuſtri perfuſos lumine luſtra:
Iraque ſubſidat torrente tui obruta amoris.
Adſere, Sancte, tuas leges, cœtumque tuorum
Ne permitte lupis, ſint Principis integra ſceptra,
Te Duce vt vnanimes coëant in fœdera dextræ,
Quæ modò diſcordes in mutua viſcera aguntur:
Belgicaque è longo tandem recreata duello,
Otia amet, cantuque pio tibi dedicet Hymnos,
Hymnos cœleſtes diuini muneris ergo:
Reſtituenſque aras ſacris operetur auitis:
Teq; Deum ſupplex trinum veneretur & vnum,
Conſenſu parili poſitis ciuiliter armis.

ODA
De inducijs nuper promulgatis.

MVſæ, propago ſiderei patris
Adeſte: cantus & liquidos cheli
Ciete blanda: qui per auras
Molliter hinc abeant in aures.
Qui rurſus antris eliciant feras,
Coganique ſiluas currere, ſtare aquas:
Qui corda curis vincta ſoluant,
Carmine lætificante mœſtos.
Plauſus recuſſis edite dexteris
Ciues, & vna vos, animi quibus
Mens eſt amica iuris æqui,
Contra odium acre trucis duelli.
Demiſſa celſo labitur æthere
Aſtræa virgo: nec metuit ſolum

Noxis profanatum cruentis
Martis ob indomiti furores.
Erro? anne verax augurium mihi
Vis intus ardens Numinis obijcit?
Quæ prouido ore cunq; dictos
Sancte Geni, rata ſint, Deum oro.
Iactata ſæuis Belgica motibus
Tandem quieſcat: Principis Auſtrij
Sub lege miti auita virtus
Surgat, & ingenuas per artes
Attollat alte laurigerum caput:
Lumenque in orbis compita quatuor
Diffundat, antiquo vt metallo
Ferrea reſtituatur ætas.
Tale ante priſcis patribus aureum
Tempus fluebat, lis procul ac dolus
Quando exſularet, vna ouares
Cana Fides ſoror Æquitatis.
Nec fœda terras inficeret lues
Opinionum: digladiantibus
Hinc inde prauis, ad Gebennæ
Triſte ſupercilium impotentis.
Secludite ægras ergo animi cruces:
Vina ergo terſis promite congijs,
Annoſa vina, lux colenda eſt
Omnibus iſta modis amœne.

IANI

IANI LERNVTI

PAX BELGICA

Verſu repræſentata

ET

Sequeſtro eius principali

AMBROSIO SPINVLÆ

ex merito velut alteri Auerrunco conſecrata.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

IANI LERNVTI

Elegia παραινετικὴ, ſiue προοίμιον

AD MVSAM.

MVſa, pijs aurem dare ſueta precatibus æquam
Cultaque conſtanti mente per arma mihi:
Martius hinc poſtquam ceſſit furor, ictaque Pacis
Fœdera dant tutas omnibus ire vias:
Arte noua pennas humeris ſollerter adapta:
Æthereumque volens ingredere ales iter.
Diſſitaq; Heſperiæ duplicis pete regna volatu,
Quà Padus, & Tybris, Cinga, Taguſq; fluunt:
Oceanoque patri ſua quiſque tributa refundunt
Taurina inſignes fronte, agilique pede.
Dulce decus Pimpleæ meum, cui tollere cantu
Præclaros ortu ſtat meritiſque viros,
Sic niue candentes ſuperabis vbi ardua montes,
Conſimili porro luce decora mices:
Nec procul a cœlo ſudum per inane feraris
Altior inuidia, Mercurium apta ducem:
Linque Moſæ ripas, Renumq; & flumina Scaldis:
Impoſitumque tibi nobile perfer onus,
Nomen honorando celſum, laus inclyta cuius
Tranſijt Arctoas Memnonidumque plagas.
Come domi celebra ingenium: celebra acre valenſq;
Robur, vbi armata vis agitanda manu.
Intentumque bonis communibus euehe pectus,
Quo nunc res nobis conſtabilita viget

Rurſus, in antiquumq; reducta adſurgit honorem:
Qualis erat, noſtri quam tenuere patres
Tunc quum nulla tubas vltrix inflaret Enyo:
Præliaq; in luctus ſunt male geſta graues.
Dic Ligur hic Princeps, hæres virtutis auitæ,
Belgarum dici ſolque paterque poteſt;
Iure poteſt, & debet; ita auſpicio illius omnis
Triſtitiæ nubes pulſa fugata procul
Orbis ab hoc tractu eſt; ita reddita lucis amœnæ
Candida tempeſtas nos hilarando beat.
Hæc Dea trans Alpes ſic voce profare ſonora,
Audiat vt gemini littus vtrumque maris.
Italiamque ſecans pater Appenninus, in auras
Efferat, erecto ſidera ad alta iugo.
Vt Genua exultet nobiſcum gaudia ducens,
Gaudia qui nobis hæc daret, illa dedit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

IANI LERNVTI

ELEGIA I. ἐνθουσιαστική.

Ad Illuſtriſsimum & Excell. Ducem

AMBROSIVM SPINVLAM.

De Pace ſequeſtra inter Belgas, ipſius conſilio, opera, & ſtudio maxime conciliata.

NVnc dum bella ſilent præſcripta lege quieta,
Enſibus & placidis otia miles obit,
Iam pridem arrecta rumores aucupor aure,
Gloria ſi qua recens ceſſerit aucta tibi.
Nam tua quæ virtus intenta ea ſemper honeſto,
Publicaque vnice amans nulla vacare poteſt.
Fama refert oleæ ſertum tibi nobile textum
Virginis Aſtrææ, Palladiaque manu.
Textum quod viridi cingat tua tempora comptu,
Ritus vt eſt priſcis inueteratus anis.
Sic poſt tot lauros, & Martis adorea, ſummus
Pace procurata Dux modo venit honos.
Audijt, & mecum pariter lætatus Apollo
Adflauit ſacro corda furore mea.
Muſa modos numeroſq; in carmina ſponte præiuit:
Signauitque nota candidiore diem.
Dumque canit, curru me ſuſtulit alite in altum:
Sum viſus cœli per ſola ferre pedem.

Tuque

Tuq; Deûm in cœtu ſpecie præſtante verendus
 Ire videbaris Spinula, prime Ducum.
Qualis poſt domitos Indos iam Gange ſubacto
 Thyrſiger in niueis Euius ibat equis.
Aut quum ſidereæ moderatus ſigna cohortis
 Titan illuſtri ſpargit honore iubar.
Gemmarumq; graui decoratum pondere currum
 Aureus ipſe poli læue per æquor agit.
Splendebant clarore micanti cærula circum:
 Feruebatq; frequens ſemita plena viris.
Gens nulla occiduo tam diſſita agebat ab axe
 Quæ non Ambroſium tolleret ore decus.
Auſonis ora ſuum te mirabatur alumnum,
 Gaudens inſoliti luminis eſſe parens.
In primis Genua & muro & portu ardua, in auras
 Surgebat tali prole ſuperba magis.
Proxima in abſtantes Hiſpania didita tractus,
 Extra orbis noti ſidera & omne latus
Claſſe cita vltra Hagiam longe tua geſta vehebat.
 Altã Hagiam, & Gyanen, Cannibalumq; freta.
Sed paucis liuore malo contincta lituris
 Non nemo Aſturicum clam maculabat ea.
Quid refert? iaciant linguæ fera ſpicula triſtes:
 Nigrior his mens eſt quam die aduſta cutis.
Tetro carnificem geſtant in pectore pœnam:
 Inuidia eſſe ſibi ſupplicium ipſa ſolet.
Qui male dicendo pingueſcere gaudet (ita olim
 Aiebant) tandem fit miſer atq; macer.
Vipera non aliter viro ſuffuſa nocenti,
 Sibila quo mittit plura, mage ægra dolet.

A Geſſoriaco qua Gallia tendit ad Alpes
Magna celebrabant parta Trophaa tibi.
Et quamuis inuita probabat mentis acumen
Quod potuit denſum detenebrare Chaos
Armorum; gentesq; alto diſcordia in aſtu
Merſos antiqua conciliare fide.
Nec minus acer honorata te laude ferebat
Natio Britanni cyclade cincta maris.
Quæ nunc annoſi quod non videre parentes
Vnius ad iuſſum Principis acta coit,
Submiſitque iugo concordi libera colla,
Diſcidij vitans ſemina priſca noui.
Germani tua facta Duces, plebſq; ipſa colebant:
Sauromatæ, atq; Geloni, inſtabileſq; Scythæ.
Ante omnes Morinûm pubes, Phryſij atq; Brabãti:
Zutphenidûmque manus miſta Sicambrigenis.
Heroemque Deumq; ſalutiferumq; canebant,
Faſſi præſentis te caput eſſe boni.
Quiq; truces in te modo tela cruenta gerebant,
Iam pro te promtos vltima quæque pati.
Cœperat vſque adeo cunctos tua maxima virtus,
Clara domi Princeps Spinula, clara foris.
Ingens Nympharum ſeries accincta caniſtris
Pone ſequebatur. tam quibus alta maris (bela,
Stagna frequentantur, quam quæ iuga montiũ an-
Fluminaq; & ſiluas, prataq; plana colunt.
Hæc tibi inundabat gremium liquido imbre roſarũ:
Illa crocum, & violas, pars thyma cana dabat.
Altera fluctifragis auulſa corallia ſaxis
Addebat, conchas iſta rubente cauo.

In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

In quibus ipſa Thetis reſidens ceu naue ſolebat
Viſere ad Æmathios Peliaca antra lares.
Non nullæ oſtrino bis vellera tincta liquore,
Et fila aurato ſtamine texta dabant.
Inter eas Tethys longos effuſa capillos
Laudibus implebat litus vtrumque tuis.
Cui latus æquorea claudebant Doride natæ
Certantes pulſis te reſonare vadis.
Quæq; Deam Venerem vectant ſuper æthera olores
Carmine mulcebant agmen euntis aquæ.
Tum ſimul in plauſus, & murmura rauca columbæ
Tingebant puro punica roſtra lacu.
Cernere erat populi ductores ordine longo
Cunctorum feſtis corda ciere modis.
Vnus erat terſæ frontis nitor omnibus: omnes
Tam fauſta tales luce dedere ſonos.
Hic eſt ille ſacer demiſſus ab æthere Pæan,
Cuius diuino munere bella procul
Belgica iam pellat, bella impia, & in ſtatũ auitum
Commoda quæ bellis fracta fuere locet.
Quo Duce cana fides cunctis veneranda per Vrbes,
Et ſoror in medios Iuſtitia ibit agros.
Cuius præſidio miſeri ſperare bene audent:
Viſque ſuperborum ſuppeditata metu eſt.
Scilicet hunc nobis olim prædixerat aſtrum
Talem, Caſſiopes quod prope ſigna diu
Fulſit, ad Arcturum vergens, quo tempore cuncti
Vidimus in cœlo publicè oriri aliquid:
Fulſit amabiliter, placidoque ardore ſerenum
Omnia venturæ pacis amica dedit.

Nam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Nam quis non curæ Belgas ſciat eſſe Tonanti?
Quos ſic præmonitos cœlitus omne mali
Per genus enixim purgauit: in igne metallum
Callidus vt purgat ſollicita arte faber.
Ergo vicem referens armorum clade piatis
Exhibet optatæ conditionis opem,
Principis auſpicijs magni: quo nemo Ducum ante
Doctior in lætis rebus habere modum.
Fortunæque citum obſeruare volubilis orbem:
Et premere articulo quæque gerenda ſuo.
Hæc de te populi vox conſona rupit in auras
Vndique Sirenum ceu modulata choro.
Quæ ſimul ac allapſa meas quoque contigit aures
Inſtinctu tacito cor mihi molle fuit.
Ipſe anceps animi dubitabam nunquid inani
Luderet obiecto me per amœna quies.
An vigil & mentis compos ſpectacla viderem
Lætitiæ veris certificata notis.
Orabamq; Deum, dextro mihi numine adeſſet.
Teque tuo ſineret Spinula honore frui.
Annuit extemplo. Mactum te laude perenni
Poſt a Palatinis Vrbs animoſa iugis
Bruxella agnoſcit: procerumq; tibi obuia cœtus
Pacificatoris pendet ob ore pij.
Et tibi iam quernam meditatur læta coronam
Ob facinus, quo nunc Belgica tota ſua eſt.
Ludibrio externis nullo expoſita hoſtibus vltra:
Imo reuerſuris inuidioſa bonis.
Cætera turba virûm mea plectra ſecuta lyramque
Iactabant alacres ſpe ſtimulante manus.

Proque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Proq; ſalute tua cœlum prece ſupplice adibant,
Soſpes vt hoc longum ſeruet Hygea caput.
Et merito. Per te compreſſa piacula iuri
Cedunt iam poſito, dantq; coacta locum.
Carpit iter rectum virtus: & limine caſto
Nos generoſus Honos in ſua templa vocat.
Ambitio cretata iacet: fugit inuidia exſul,
Iraque. Nil fraudes inſidiæq; valent.
Cedit auaritia ſquallenti nubila vultu:
Fallendique nouas clam ſibi quærit opes.
Nauita pacato curſu maris æquora ſulcat;
Et portus qua vult merce oneratus adit.
Solis ventorum poſthac pugnare procellis
Cogitur, in fluctus quum tumuere freta.
Fertilibus terris dans ſemina certa colonus,
Non timet harpaces in ſata adulta manus
Militis infeſti: cui prauo innata ea mens eſt
Eripere vt perdat, perdere vt eripiat.
Agmine conferto campis bos tutus inerrat:
Pictaq; ſecurum proterit arua pecus.
Mitior Heſperio Zephyrus iam ſpirat ab orbe,
Et caua blanditis flatibus antra mouet.
E ſummo faciles deſcendunt vertice riui;
Lymphaq; ſubiectam mollis amicat humum.
Aggeribus contenta ſuis vaga flumina currunt:
Depoſuit veteres Oceani ira minas.
Tu pius & fortis, iuſtique probator & æqui,
Singula prudenti cum ratione geris.
Fama Duces celebret claros, Fabium atq; Camillũ,
Reddiderunt raptum qui tibi Roma decus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Sitq; in honore & amore Virum, qui fratribus olim
Partitus magnas eſt Proculeus opes.
Non te poſteritas non ſecula noſtra minorem
Dicent: par illis laus tua ſemper erit.
Miramur veteres quos gloria miſit in æuum:
Et vetat Aonio Muſa canore mori.
Inuiſos verum eſt viſis poſtponere: nam tu
Inſtar multorum Spinula ſolus habes.
Aſpera nulla grauant, nec reddunt læta ſolutum:
Ferre vices dominæ fortis vtraſque potes.
Pectore conſtanti pertendis Honoris ad ædem:
Et iam nunc conſors cœlicolum alta tenes
Nominis æterni faſtigia: quæ neque ferrum
Subruat aut ignis, cana nec vlla dies.
Splendida conueniunt docti tua ſcribere facta:
Atque ea non vnis perpetuare modis.
Siue metro adſtrictos libeat contendere verſus,
Carminis heroi te decorabit epos.
Seu magis hiſtoriam iuuat ordine texere longam;
De te multa recens ibit in ora decas.
Illos certa tui ſic excitat aura fauoris,
Vt cupiant omni ſat facere arte tibi.
Et quid ni neruos intendant ingenij omnes?
Muſas magnatum tu prope ſolus amas.
Hinc mihi creuit amor (nec dicere vera pigebit)
Impiger in titulos cur aueam ire tuos.
Nuper Palladio tua me manus induit auro,
Dum fera bella tuo Marte peracta cano.
Nec me tam torques pretio licet inclyta cœpit,
Quam iuuat in partes Principis eſſe viri.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Quid poſſim non eſt memorare pudentis; at omne
　Quod poſſum potero ſponte mea vſque tibi.
Sic Pater ille velit qui præſidet Aonidum orſis,
　Auribus vt porro dem placitura tuis.
Si volet, atra nihil liuoris tela morabor,
　Sideraque erecto vertice celſa petam.
Debitaque ingrediar præconia prodere Pacis,
　Quæ profuga his terris luſtra per octo fuit.
Quumq; Deam celebrabo, canã quoq; te ſimul illa,
　Cui fas belligeras Iani operire fores.

ELEGIA II. ὑποθετική.

AN fera iam poſitis miteſcunt ſecula bellis?
　Bella procul rumor hinc abigenda canit.
Ducamus læti in ſeram conuiuia noctem:
　Dicamus feſto congrua verba die.
Inprimiſque Deo voti ſoluantur honores:
　Nos colere hoc munus perpetuo ore decet.
Pax optata pijs coijt modo fœdere pacto.
　En prodit lauri fronde reuincta caput.
Dextra manus ſertum præfert canentis oliuæ:
　Effundit flauas altera frugis opes.
Pax ſuperum cœtu ſtipata reuertitur ad nos:
　Eſte ſalutati DI comiteſque Deæ.
Tu mihi viſa Themis cum Virgine puriter eſto,
　Virgine cœlipeta, quæ tibi dulce latus.
Fulſerit in claro mihi lumine numen vtrumque:
　Accedatque ſoror Iuſtitiæ apta fides.

Illa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Illa gerat momen, gladiumq;: decoriter iſta
Regilla in tenui prouocet alba niuem.
Tuq; Hymenæe genus Muſæ, faculam igne micantẽ
Fortiter inſtaurans quæ cecidere leua.
Nam fœde innumeri ferro cecidere cruento.
Adſpicis exſtinctas & ſine prole domos.
Huc ades implicitis lætans Concordia dextris:
Vbertas cornu tecum opulenta ferat
Fructibus arboreis differtum, & diuite ſilua.
Heſperidum quales non tulit ora vetus.
Vos Heliconiades pariter ſaluete Puellæ,
Quarum ter trinum ducit Apollo chorum.
Pulcher Apollo, caput radiata luce coruſcus:
Argutoque mouens pollice fila lyræ.
Hos viſu orbatus ſequitur pede Plutus ouanti:
Mercuriumque lucri gaudet habere ducem.
Iungit Amor thyaſos, & penna præpete velox
Impetit hinc iuuenes, impetit inde viros.
Virgineumq; gregem thalami vocat ad iuga amica:
Atque arcu intento vulnera cæca facit.
Alma parens puero telis pharetram implet acutis:
Armaque ſollicita ſufficit ipſa manu.
Cerno, maris rubri præfert in pectore gemmas:
Suggeſtumque comæ conſtruit arte noua.
Turgidulaſque leui compeſcens veſte papillas
Obtegit, intectas quas cupit eſſe procis:
Auro culta ſinus, vultuque modeſta ſuperbo,
Dulcibus illecebris miſcet amaritiem.
In Turcas igitur transfer tua ſigna Gradiue:
Aut Stygis obſcœnis obrue merſa vadis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Vna eat, excedatque ferox ad prælia Enyo:
Iraque flagrantes ſanguine tincta genas.
Quæque mali cauſſas omnes admittit egeſtas
Auia in externis incolat antra locis.
Sit comes atra fames, luctuſque ſatellite cura:
Morborumque cohors, Morſque cupreſſigera.
Agmine coniuncto præceps furor exſulet, ac vis
Effera, & in fraudes lis animata dolis.
At gladij in falces abeant mucrone recuruo:
Prataque vernanti gramine adulta metant.
Quæ caput abſcondit modo militis ærea caſſis,
Præbeat hoſpitium mella vbi ſtipet apis.
Quodque prius ſcutum ferratos pertulit ictus,
Excernat motas commoda vannus acus.
Haſtaq; perrupit turmas quæ fortis equeſtres,
Fortior ad ſegetis fœnora findat humum.
Vos quibus in cædes caluit modo dextera ephebi,
Dum vigor ætatis, reſque ſecunda ſinit,
Pro galea violis crines ornate roſiſque:
Pro lituis citharas ſumite, proque tubis.
Ac cantu poſtes rigidos mollite per vmbram:
Bella manent alijs nunc ineunda modis.
Pacis honorato claudatur nomine carmen:
Nullius extolli ſat Dea voce poteſt.
Salue diues opum Virgo: tibi patria cœlum eſt.
Primaque cœlicolum Principis ora Dei
Conſpicis, æthereoque colis pulcherrima in orbe:
Sed tamen & terræ viſis amaſque ſolum.
Semper ames Belgas: firmataque fœdera nuper
Auſpice te ducent tempus in omne rata.

ELE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

ELEGIA III. δικανική.

Ad illuſtriſsimum Ducem Ambroſium Spinulam.

(Urbis:

ORbis honos Itali, Genuæque amor atque honor
Fidaq; Chryſaori dextra reperta Iouis.
Cattigenum populis, & noſtro cognite Scaldi
Spinula, qui Belgis ſol velut alter ades.
Iamque atram belli nubem noſtro exigis orbe,
Qua terræ facies obtenebrata fuit.
Turbatiſque diu ſic pontus inhorruit undis,
Ceſſerit ut regno cum patre glauca Thetis.
Ipſæ vitales paſſim quibus utimur auræ
Conſtiterunt fœda colluuione graues.
Ruraque Pleumoſio ſub cardine cuncta iacebant,
Hoſtis inhumani depopulata manu.
Pace modo adſerta meritas tibi ſoluere grates
Munere ſe nullo Belgica poſſe negat.
Non ſi longinquum tua nomina mittat in æuum
More vetuſtatis officioſa ſacræ.
Quum Ducibus magnis monumenta fuere dicata
Diuorum in templis conſpicua inque foro.
Nil etenim optatum votis popularibus æque
Accidere huic ſeclo per tua dona queat;
Quam quod diſcuſſà caligine, liberum in almo
Aëre fert circum luce micante caput.
Diſſidijſque procul pulſis tellure vel alto
Mercibus inſtructis ire redire poteſt.

Ipſe etiam occiduas Mauors pater actus ad oras
Subſtitit ad Calpen; terrigenæque minas
Excijt Antæi: quo cogeret Herculem in arctum
Vltor, & infandæ mente animiſque tumens
Geryonem veteres ſecum inflammaret in iras,
Si furia ad clades non foret vna ſatis.
Barbara nam Libye clades ſpirabat apertas:
Beticoliſque vafra mouerat arte metum.
Claſſibus aduerſis dum portus hoſpita pandit,
Bella peregrino milite tuta gerens.
Qui ſecus iſta capit, & præfert arma quieti;
Ille ſuas partes Lucrio triſtis agit.
Nec curat commune malum, modo guttur hiantis
Compleat ingeſto ſæpe liquore Tagus
Aurifer, in gremiumq; profundum ventris auari
Prodigat Heſperius lutea mala Draco.
Ah miſer. excidio ſimul ardua verterit imis
Cæca Dea, excipuus re crepera vnus erit?
Fallitur. Illa notat prauos & lumine capta,
Nec temere immunes ſupplicij ire ſinit.
Vtq; breue ad tempus parcet fortuna nocenti:
Aleaque hic nobis non ita ſcæua cadat.
In prædam tellus (videat modo) cedit & illa
Auri theſauros quæ precioſa tenet.
Tellus Callaicis alio ſub ſole reperta:
Vomere felici quam niger Indus arat.
Quæ Regi Hiſpano nuper fuit integra Virgo:
At poſt hac meretrix ni caueatur erit.
Inque dies magis atque magis violanda patebit:
Impius huc auidos impulit æris amor.

Meta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Meta alia ante oculos piratis nulla adeo hæſit:
Per ferrum & flammas cæci iter illud eunt.
Iure ergo inſtanti pulſo diſcrimine, ſummas
Ambroſio laudes orbis vterque canat.

ELEGIA IV. μεμπτική. ſiue ad Martem querella.

MArs Gradiue, diu es graſſatus atrociter in nos:
Aſpice profuſo ſanguine ſtagnat humus.
Oppidaque infeſtos abierunt eruta in ignes:
Ipſaque templa manu procubuere feri
Prædonis ſubuerſa: iacent informia paſſim
Rudera, ſæuitiem notificantque tuam.
Cur ea durat adhuc? iam quadrageſima meſſis
Tranſijt, & toties mœſta recurrit hiems.
Ex quo bellorum quatimur turbante procella
Semper, & a curis vix datur vlla quies.
Nam furor arma mouet: lituis clangentibus omnis
Perſtrepit ora, tubæ hinc tympanaq; inde ſonãt.
Nobilitas queritur cum plebe exhauſta rapinis:
Nec tamen æra tuus fulua miniſter habet.
Aut Venus eripiunt partos aut alea nummos:
Vel ſuccenſa furenti ebrietate gula.
Artifices ceßere viri grauiora timentes:
Seq; tot ærumnis eripuere fuga
Cauti. Libertas nam quæ patet extera cuiuis,
Quare illam hic ſperent eſt vbi nulla ſuper?
Commoda ſic aliæ capiunt noſtratia gentes:
Et tua vis hoſtes Regis iniqua beat.

Pace loquar Regis. Montes male prodigit auri:
Non ſat opũ ad loculos terra habet Inda tuos.
Nam barathro ſimiles admittunt omne metallum,
Tranſmittũtq;: capax ceu mare cuncta vorat.
Mars Gradiue, diu es graſſatus auariter in nos.
Felix eſt, tecum eſt cui violente nihil.
Iampridem abiecta eſt & pulſa ſcientia: noſtro
Exſulat orbe fides, vel pede preſſa gemit.
Ipſa vetus pietas cum relligione, malorum
Mole ſub iniuſta terga genuque plicans
Longinquam meditata domum porro ardet abire;
Et faciet, ni Mars mitior eſſe velis.
Iuſta ſilet Virgo, metuens punire nocentes.
Illi calcato cuncta pudore patrant,
Fanda nefanda palam. Si forte quis exſerat ora
Vltor, & impugnet, morte ſtatim auſa luit,
Aut eluſus abit. Quid paruis immoror? ipſum
Principis inuadant præſidium atque caput
Ni vis obſtet. Agit ſceleratos triſte flagellum
Tiſiphone torua quod quatit atra manu.
Infami lucro capti capta oppida vendunt:
Et flocci faciunt ſeque ſuamque fidem.
Iuratam toties per ſacra ſacrata Tonanti,
Quæ nex periuris ſit ſatis vna viris?
Ergone flagrabit magis ac magis impius ardor;
In ſcelus audaces ſic ſine fronte ruent?
Externata minis alias Pax iuit in oras:
Otia vicini plena quietis agunt.
Quæ mens iſta mali? ſolis ſtruit vltima Belgis,
Et nuſquam quo Mars prælia vectat habet?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Vt nos exoſos habeas, & perdere pergas,
Quæſo animi vires excute Diua tui.
Bella mouens ſine fine pericla tibi ipſe creabis:
Perniciem rabies hæc tibi ſæua feret.
Ante diem iuuenes fato rapientur acerbo:
Arcta viros perimet res domi & arma foris.
Turba puellarum ceßent licet aſpera belli,
Turba puellarum coniugio orba cadet.
Nam vetulos vetulaſque ſenectus conficit ægra:
Atropos his vacuam tollit ob ora colum.
Sic niſi ſtrata leuet, niſi Pax adſtricta relaxet,
Omnia in antiquum ſunt reditura Chaos.
Quis mare nauigijs, terram quis findet aratro?
Quis ſeret arua manu, quis ſata falce metet?
Glandibus an veſcis iterum paſcentur homulli:
Pabula frendentes quæ ſoliti eſſe ſues?
Quis Cerere e cocta miſcebit pocula vulgo:
Ponere cogentur nunquid in amne ſitim?
Arte quis Aſclepi morborum examina pellet,
Peſtis vbi aut febris ſæuiet igne nocens?
Quis præco verbi cœleſtis ad ardua cœli
Monſtrabit populis, conſtituetque viam?
Hæc ſi deficiant, pereunt cum ciuibus Vrbes,
Et certum eſt nullis ſiſtere poſſe modis.
Eſſe vides igitur melius rata fœdera Pacis
Nectere, quam ferro dedere cuncta neci.
Exue Mars galeam; ſcutum pater abijce, & haſtã:
Caſſide in ærata nidificabit auis.
Haſta ſolum inuertet: clypeus frumenta cribrabit:
Cypride cum bella tu bona bella geres.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

ELEGIA V. εὐλογητική.

CErne reuertentes paullatim Pacis honores
Æterno dignos Mæonidæ ore cani.
Victa quibus rapidi ceſſit violentia Martis:
Et Bellona ferox ſubdidit ipſa manus.
Princeps in niuea Pax prodit ab æthere palla,
Oſtendens ſanctum ſe genus eſſe Iouis.
Bacciferaq; gerens decerptum ex arbore ramum
Singula ſperati luminis igne rigat.
Accedit ſtricto concordia proxima nexu:
Seclaq; noſtra puer porrigere aptus Hymen.
Mox Genius ſequitur vitæ genialis amator:
Cui latus includunt hinc Pudor, inde Fides.
Pura Fides, ſimplexq; Pudor. conſorte Decoro
It probitas nulla labe notanda comes.
Inq; Deum pietas animis erecta piatis
Ingreditur conſtans relligione ſacra.
Nonne vides vt flaua Ceres ſimul agmina iungat:
Et viridi Liber palmite colla pater
Colla caputq; tegat, thyrſiq; volatile telum
Spargat, & inuento munere vitis ouet?
Erexit Pomona comas, perq; auia late
Arbuteis implet fœtibus omne ſolum.
Horror ab Aſtræa diſceſſit virgine priſcus,
Depoſito gaudet rura timore ſequi.
Vnde olim in cœlum fugiens ſuperum vltima ceſſit
Sanguine permaduit fratrum vbi terra parens.
Eiectam excipiunt Vrbes: dextra erigit enſem:
Læua iugi librat pondera lance pari.

Noxia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Noxia corde pauens longinquas cogitat oras:
Et capite obnupto Diuæ adit antra metu.
Poſt terga haud procul huic oculorũ lumine captus
Ditis adeſt, ſocio lætus Atlantiade.
Nam conſanguineis eadem quia origo duobus,
Hic calet ad merces, ille agit æris herum.
Diſſimiles animos lucri ſtudium vnit & vſus,
Alter ab alterius mutua ſpirat ope.
Nobile cognatis paribus diſcrimen inhæret:
Pluto habet vnde petas, rẽ ſtruere Arcas hauet.
O bona Libertas examine cincta Deorum,
Te iuuenum implorant vota, preceſq́ ſenum.
Tu modo per medias acies, medioſq́ per ignes
Fortiter excuſſa canitie ora leuas.
Te reducem anguicomæ porro expauere ſorores:
Tartaraq́ attonito pectore cæca petunt.
Ipſe exultantem compeſcuit Orcus Auernum,
Lædat permiſtis ne tua dona malis.
Senſerunt elementa Deam: nitet æthere terſo
Clarior, & rutilos ſol agit albus equos.
Terraque fragrantes ſubmittit ad oſcula flores:
Vere nouo melius nunquam oluere roſæ.
Noctibus in ſiluas & mollia prata ſerenis
Nectaris ætherei ros cadit imbre leui.
Qui matutino ſub tempore lectus ab herbis
Ambroſia nobis imbuit ora dape.
Reſtat adhuc pelagus piratis cærula pandens:
Pœna ſed infeſtis nec mora longa manet.
Arma parant Reges vnita claſſe potenter
Iungere; per facinus ne violentur aquæ.

Hæc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Hæc vbi promta, ſenex Nereus adſurgere Paci
Ipſe quoque audebit, Nereideſque vagæ.
Quod ſi patriæ amor prouexit ad aſtra Camillum,
Hoſtes qui Senones expulit vrbe Remi,
Si vetus Æmylium decorauit adorea Paullum,
Cuius Rex Perſes concidit ante pedes;
Cur nunc non per te Dux Spinula Belgica concors
Victuro nomen ſcalpat in aere tuum?
Aut ſerat in gentes titulis faſtiſque legendum,
Donec per gentes numen habebit Honor?
Pulchra licet decori dederit monumenta ſupremo,
Nouerit hæc nullum te meruiſſe magis.
Nec doleat damnis, quæ bellicus intulit ardor:
Nec gemat euerſos Marte furente Lares.
Non potuit virtus rerum ſecura probari:
Laus ingens clade eſt conciliata graui.

ELEGIA VI. μιμητική.

Ex Pſalm. LXXXIV. Benedixiſti Domine terram.

REx aullæ ſtellantis, amico numine terras
Protegis, excuſſiſti acre tenaxque iugum
Seruitij, Belgæ cui colla dedere tot annis,
Ex quo in nos mouit Martius arma furor
Sanguinis humani ſitiens, auiduſque rapinæ,
Ob quam vel ſocium laus iugulare fuit.
Gens tua ſperatam cepit ſpirare quietem:
Crimina vbi vidit clade piata ſua.

Atque

Atque abſorpta velut ſpiſſatæ nubis operto,
Poſtquam iræ placuit nunc tibi habere modum
Nos ope cœleſtis dextræ ſuſtolle iacentes:
Et nimio incenſum comprime felle iecur.
Nunquid in æternum nobis Deus iraſceris?
Pœnaque natorum per capita ibit anus?
Exitio ereptos tu nos ſeruabis, & in te
Plebs tua ſpem figet, lætitiaque fluet.
Pro bonitate tua miſeris ſuccurre, tuique
Luminis exporrecto ore repone iubar.
Auſcultabo ſilens in me quidnam ille loquetur,
Auſpicio cuius res noua ſemper eget.
Haud dubie euentus dabit omina certa ſecundi:
Perculit occultus mentem animumque tremor.
Pax aderit conſtans, ibuntque his omnia recte,
Æternæ ſtudium quos pietatis aget.
Nulla procella mali ſubiti temere ingruet illis,
Tradita ſubmiſſo qui ſacra corde colent.
Lux iterum terras niueo candore rigabit,
Nubila mœrorum pellat vt atra procul.
Obuia Iuſtitiæ Pax conſeret oſcula, & omni
Merce penum plenum Copia opima geret.
Verum amplectetur quiuis errore repulſo,
Lumen vbi antiquum ſparſerit alma fides.
Ipſe parens ſuperum ſua munera didet in orbem:
Terra refloreſcet frugiferente ſinu.
Ius & fas Dominum comitabitur vndique: vultus
Illius haud vltra vis feret atque dolus.
Bella catenatis abſcedent vincta lacertis:
Cumque tribus furijs Mors Erebi ima petet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

ELEGIA VII. προσφωνητική.

Ad Belgicam.

BElgica iam felix, poſt bella graueſq; labores
Gens quibus ex omni preſſa tua ante fuit,
Tolle caput cœlo. Nam cœli munera large
Spinula Dux adfert multiplicata tibi.
Huius ab auſpicijs terras ingreſſa iacentes
Lumine ſe tangi Pax veneranda ſinit.
Nablia nunc citharæq; ſonent: grateſq; merenti
Solue Viro, per quem ius modo faſq; tuum eſt.
Pellantur flammis tenebræ: delubra coronis
Indue; cum coſto maſcula tura crema.
Flore vias operi, velentur limina lauru:
Gaudia iam veniunt continuanda diu.
Falciferi rediere dies. quo Principe terras
Aurea Libertas viſit & alma ſalus.
His comitata fides noſtro ſpectetur vt orbi
Spinula perfecit conſilio atque manu.
Vtraq; laus clarum decus intulit illius aſtris:
Et modo dat carum per populi ora vehi.
Signa voluptatis mittant de turribus æra:
Et ponat veterem ſexus vterque metum.
Ad ſummam lætetur, amico pectore quiſquis
Publica lætatur conualuiſſe bona.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

ELEGIA VIII. συλλογιστική.

DIuidiæ maculas omnes de pectore tergo,
Sic bona Libertas, Paxq́; ſequeſtra iubet.
Iam luſtra egreſſus ſol eſt modo circiter octo,
Aſtra poli toties per duodena means:
Dum rerum incertis ſemper iactamur in vndis:
Dum mala perpeſſis aſperiora cadunt.
Nos manus Aſturicum, nos gens infida Britanni:
Nos Itali & Celtæ, Teutonicumque manus,
Hybernique Getæ, Sequanique, Albanaq; caſtra
Vaſtauere diu, & pœne dedere neci.
Quodq; dolet, ſortemq; grauat ſuper omnia, Belgæ
Intulimus Belgis bella furore pari.
Nec ſemel incuſſa formidine Apollinis arcus
Sæuijt, in nullum non violenter atrox.
Hanc cladem ingentem flagrans annona ſecuta eſt:
Omnibus iniecit tela timenda fames.
Iam modus ærumnis inſtat, requieſq; laborum:
In portus tandem tendere vela datur.
Mars alterne, pater bellorum, tempore longo
Finibus heu noſtris exitioſe, Vale.
Seditio inteſtina, Vale. feritatis aperta
Signa tuæ in ſeros ſunt abitura dies.
Quis mihi nunc fundos mōſtrabit, & arua paterna
Auia dum ſæuo teſca latrone vacant?
Non ego vos alui, quercetaque læta videbo
Quæ veteres olim diſpoſuiſtis aui.
Sed nec tecta: iacent altis proſtrata ruinis
Omnia: vix lapidum reſtat aceruus inops.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Ab radice nemus ſucciſum luget honores
Verticis exutos, caluitiumque ſoli.
Fert animus, Syluane, nouos tibi ponere lucos:
Fert Cereri gratas ædificare caſas.
Hinc campos luſtrare vagos, vbi triſte piaclum
Perfuſa humano ſanguine terra gemit.
Mox Morinos properabo lacus, qua cæruleo æſtu
Paſcua abundanter merſa fuere mea,
Et mactauit herum tot damnis rector aquarum
Nereus, exultim prata per vda natans.
Sic me fata ſinant ſi ducere tempora, nec mors
Hoc caput hinc alias iuſſerit ire vias,
Vrbe procul Muſas ſectabor, & otium in agris
Pingue trahens, pariter rus Geniumque colam.

ELEGIA IX. παραφραστική.

Ex Pſalm. XVI. Deus refugium noſtrum.

QVi regit aſtra Deus, Belgas quoq; dirigit: illi
Non ſumus exoſi, nos habet imo ſuos.
Res ea certa, graui nuper quum mole laborum
Deprimeremur, erat præſidium vſque pijs.
Heu quas ærumnas exegimus ante, cruenter
Marte per alternas cuncta terente vices?
Nec tamen infractos rebus dare terga ſiniſtris,
Videre in cumulum nos tot adaucta mala.
Sedibus ipſa ſuis tellus conuulſa profundum
Horruit, ad manes quum via aperta fuit.

Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Et Diti rurſus permiſſa licentia currum
Scandere, & in nigris raptum iterum ire rotis.
Montes colliſo tremuere cacumine, & altum
Sunt viſi in pelagus rupto abyſſe ſpecu.
Æquora vorticibus ſpumantibus incita, arenæ
Iactarunt nimbos: ſaxaque mota loco:
Saxa flagellantis fremitu exagitata procellæ
Scæuiter in partes diſſiluere procul.
Ipſa poli facies arſit flammata Cometis.
Atque animos iuſſit dira timere mares.
Inter mille neces longique incendia belli
Attulit afflictis auxiliator opem.
Nec ſecus ac flumen trepido fluit agmine abundās,
In nos effudit dona ſubinde ſua.
Et ſedem in medio noſtrûm ſibi fixit, vt eſſet
Mane nouo nobis munis in omne caput.
Sunt conturbatæ gentes, iamque extera cladem
Regna minabantur: quum Vigil ille ſonum
Extulit. Acta coruſcanti pede fulgura, terram
Increpuere, cito obmutuit icta metu.
Nec coniurati potuere coïre manipli,
Mens quibus ad facinus ſemper hiulca calet.
Hac ſtetit ille; manu in cuius poſita omnia. apud quē
Virtuti nunquam non ratus exſtat honor.
Qui ſceleri pœnas decernit tempore certo:
Incaſtigatum nec ſinit ire nefas.
Ipſe animis robur noſtris ſubiecit in arctis:
Et facit vt paſſos nos grauia eſſe iuuet.
Huc conferte gradum, Domini miranda videte:
Nam dici iuſto talia iure merent.

Bella peregrinas porro hinc exegit in oras:
Iamque Vrbes, & agros obtinet alma quies.
Scuta igni combuſſit; in vſum vomeris enſes
Conflantur, galeæque; & terit arma ſitus.
Elati motus componite pectoris, & me
Noſcite, ait Numen. Rex hominum vnus ego.
Per populos nomen celebrabitur vndiq; noſtrum:
Tollet humus ſummum me ſuper aſtra Deum.
Illo auctore ſacri conſtent rogo fœderis aræ
Quas longum felix Belgica rite colat.

ELEGIA X. προσευκτική.

PAx opulenta, poli germen, pia mater amoris;
Commoda de gremio cuius opima fluunt
Omnia, per quæ mortales præſtare beati
Poſſunt, & vitam ducere more Deûm:
Pax Dea mitis ades. perq; oppida Belgica & vrbes
Ingredere auguſto non abitura pede.
Hoc Dux Auſtriades, hoc Clara Iſabella meretur:
Ora quibus ſtudium eſt Virgo videre tua:
Inclyta Virgo, Iouis ſolium quæ prima tueris.
Et tota fulgens ætheris arce volas
Culta ſinus, diſtincta comas, vultu illice blanda:
Et nulla triſtis nube ſupercilij.
Hoc quoq; ſollicito te pectore Spinula quæſit,
Arcuit hinc belli qui procul omne nefas.
Scilicet vt poßes tranquilla ſede morari,
Et colere humanam Nympha libenter humum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Hoc tot purpurei proceres, hoc expetit altus
Ordo ſacerdotum, Pax Dea mitis ades.
Hoc iuuenes vetulique rogant; matreſq; nuruſq;,
Si quis amor noſtri eſt ne Dea falle pios,
Læta veni, formoſa veni, ſatis vltima rerum
Luximus, & furias Martis ad arma feri.
Fallor? an emergente diei luce ſerena
Candida dat vultus Diua videre ſuos?
Certum eſt Ambroſiæ frontis ſpectanda nitore
Gentibus optatum protulit illa caput.
I Puer vnguentum de concha funde capaci:
Et mihi ſerta nouo flore venuſta ſtrue.
Ingere viua focis non parce ac turis aceruos;
Omnis Orontæo fragret odore domus.
Adſpice qua greſſus flectit Dea, compita paſſim
Omnibus exultant lætificata vijs.
Aëriæ fugiunt nubes: & lenior aura
Ventilat arboreas per vaga rura comas.
Ore fauent volucres: feliciter incipit ætas
Aurea, Parcarum ſecla nouante colo.
Ter ſalue Dea magna quaterq;: bono omine tandem
Principibus noſtris & populo alma redis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

ELEGIA XI.

προσφωνητικὴ ſiue ἐκμαγεῖον.

Pſalm. LXVIII. Confitemini Domino, quoniam bonus.

LAudibus armorum Regem celebremus ouãtes:
Ille genus noſtrum curat & vnice amat.
Promant nunc Domino Belgæ noua cantica læti:
Ipſius vſque in nos durat amicus amor.
Nobiſcum ingeminent Bataui per compita plauſus:
Et dicant, curæ nos habet ille ſuos.
Vos pia turba, Deum colitis qui mente fideli,
Pſallite. conſtanter nos amat ille ſuos.
Rebus in anguſtis Dominum implorauimus: ille
Audijt orantes, & tulit acer opem.
Solus hic adſiſtat nobis, violentia gentis
Nullius incutiet quamlibet aucta metum.
Præſidio nos ille tegat, ſpectabimus ictis
Agmina fœderibus ire inimica retro.
Tutius a magno ſperare Tonante ſalutem eſt,
Ponere quam columen Martio in ære virûm.
Tutius eſt ſperare ſalutem a Principe rerum,
Quam Regum aggeſtis fidere diuitijs.
Quid proſit rutili moles pretioſa metalli
Inda auro tellus euacuata docet.
Non ſi theſauros Pluto ipſe recludat, in omnes
Sint ſatis, Harpyis tot regio iſta ſcatet.
Res quoties viſa eſt nobis ſolito anctior ire,
Rurſus in anguſtum ſeditione datur.

Hinc

Hinc auidis decerpta periuit habentia dextris
Regia, ceu pereunt quæ maris vnda rapit.
Dolia ſic Danai replent pertuſa puellæ,
Colla quibus iugi feßa grauantur aqua.
In nos Europæ prope natio ſæuijt omnis,
Nec dedit exitio nos prohibente Deo.
Iamque palam deuicta, licet deſiſtere nolit,
Comprimit illius vim furiaſque Deus.
Cogitur in patriam ſubmiſſa fronte reuerti:
Atque auido abſumptum reijcere ore bolum.
Vidiſti ſpinas Vulcano ardente cremari?
Fregimus audaces ſic animante Deo.
Tarrula dire quid incaſſum tibi ſubdere ſperas
Quos clypeo tectos Numinis eſſe vides?
Ipſe potens rerum nobis Vigil excubat: ipſum
Hunc mea perpetuo carmine Muſa colet.
Illi noſtra ſalus debetur gratuita vni:
Auditum populis hoc ſub vtroque polo;
Qui dextram cantu nobiſcum ad ſidera tollant
Robore præſtantem, conſpicuamque fide.
Cur mors atra feroxq́; intentas vltima? fruſtra es.
Tolle tuos arcus, ſpicula conde tua.
Viuimus, atque alacres præconia dicimus vni,
Qui dici pariter Rex amat atque Pater.
Rex iuſtus, mitiſque Pater. Nos ex merito ille
Punijt. At morti non dedit ante diem.
Limina Pontifices ſacrati pandite templi,
Laude pia cæleſtem vt celebremus Herum.
Hæc eſt porta Deo longe acceptiſſima, per quam
Iuſtorum cœtus ingredietur ouans.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Te Deus vnanimes venerabimur; omnibus aurem
Supplicibus miſeris qui dare vtramq; ſoles.
Te propugnatore malorum obtriuimus agmen:
Inq; viam veterem pes modo noſter abit. (eſt
Angulus hic mundi, quo Marſpiter actus in arctū
Per tot luſtra fere Troica fata tulit.
Externiſque fuit populis commune ſepulchrum:
Fama nihil toto crebrius orbe ſonat.
Belgarum quam bella; quibus ſubſiſtimus, ad vim
Impauidi quamuis, incolumeſque feram.
En lapis abiectum quem tot voluere profani,
Clarior electro fulget, & alta tenet.
Id factum occulta Domini virtute, prementis
Turgida, quis factum non trepido ore notet?
Hæc eſt illa dies quam protulit arbiter orbis
Semina lætitiæ proſpera mille ferens.
Sis facilis poſthac nobis Deus Optime; fac te
Præſtite conſtanter gaudia Pacis eant.
Sis longum felix fortunatuſque, Deûm Rex
Spinula ad hoc tantum te ſibi legit opus.
Nos quibus hæc per te redijt fortuna, ſecundum
Muneris auctorem a Numine te colimus.
Lux infuſa tuæ menti diuinitus iſta eſt,
Qua cunctis cœlo te placuiſſe patet.
Priſco more voluptates ſibi quiſque propaget
Templaque pſallentum vocibus icta ſonent.
Ipſe ego mente Deum venerabor & ore: nec vllo
Tempore non grates illi ego munis agam.
Vos mecum armorum Regem celebrate fauentes:
Ille genus noſtrum curat, & vnice amat.

ELE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

ELEGIA XII. μιμητική.

Q*Viſquis amat Pacem, faueat: bona Pacis ami-*
Dicimus, Æolijs emodulanda modis. (cæ
Mars alio exſul abi. Concordia regnet inermis
Cymbia cœleſti nectare plena ferens
Quo recreet fractos animi, mœſtiſque leuamen
Molliter irroret dulce liquoris ope.
Copia eam comitetur, abundans vbere cornu,
Rumor Amaltheum quale fuiſſe canit.
Menſe ſuo flores aptet ſibi pulchra Dione:
Hoc parta eſt nobis Vere petita quies.
Soluite corda metu. Nunc ad ſollennia debet
Quiſque coronato poſte vacare ſacris.
Omnia ſint intenta Deo. nemo audeat exlex
Numinis incoram verba profana loqui.
Vos etiam procul eſſe velim, iubeo exeat æde
Qui cœtu externo gaudia cæpit heri.
Caſta probet cœlum. purgata mente venite:
Et corpus nitidi ſpargite fontis aqua.
Cernite ſuccenſo tus flagrat in igne fragratque
Lætitiæ ſurſum ſigna recentis agens.
Pars populi implicuit crines Daphneide lauru:
Pars oleæ ramis tempora vincta gerit.
Rex hominũ ſuperũq; ſator tibi pangimus hymnos;
Finibus a noſtris tu mala ſperne procul.
Ne prædo latebras ſiluarum ſeruet in antris:
Neu nouet ad cædes ferreus arma faber.
Oceanumue vagus turbet pirata profundum
Vt cumulet merces, diuitiaſque ruat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Tunc agilis carpet vel deuia teſca viator,
Nec metuet bipedes in ſua fata lupos.
Agricolæque ſolo mandabunt ſemina tuti:
Robore & e ſecto tecta laremque ſtruent.
Quoq; libet tendent facili pede carbaſa nautæ,
Nec niſi cum ventis bella aliquando gerent,
Quæ precor euentura. Viden' vapor vt celeri æſtu
Fluctuet, & liquido fulgure celſa petat?
Nunc mihi bina caui ſpument crateres in auro;
Includatque latus candida Nympha meum.
Liber & alma Ceres coeant in fœdera: fas eſt
Tempore tam feſto ſit comes apta Venus.
Sed Ducis Ambroſii ſua quiſque ad pocula nomen
Efferat. Auſpicijs illius ipſa redux
Pax modo cæpta coli. Ligurū decus, Heſperiæ Lux
Spinula, Belgarum conciliator, ades.
Huc ades, & vires animo adde, reciproca magnis
Gratia dum meritis redditur ore meo.
Iura cano, iuriſque catos. His vſa magiſtris
Pax ſtabilem terræ figit in orbe gradum.
Æqualeſque tenens librato examine lances,
Ius cuique adſeruat reſtituitue ſuum.
Illi vim plecti iuſtis docuere luelis,
Impune vt nulli ſtet capitale ſcelus.
Illi etiam fraudes preſſas voluere doloſque,
Damna parum cautus ne quis inulta ferat.
Præmia virtuti tribuiſſe feruntur honeſta.
Sæpe laborantes & recreaſſe probos.
Tunc ſtudijs accreuit amor: tunc gloria ſegnes
Impulit, & laudum iuſſit inire vias.

Libe-

Libera Cephiſi fontem tunc Muſa recluſit;
Proluit & puro Vatibus ora lacu.
Iura ferunt faſces, quum temporis orbe peracto
Mutatur lectis Curia Conſulibus.
Et tacito ſtrictas addunt terrore ſecures:
Ex ebore & ſellas, purpureamque togam.
Iure refrænatur ſcandens ad culmina rerum
Ambitus; obliqua ſedulitate procax.
Ius vbi bella fremunt nullum eſt. Diſcordia leges
Obterit, improbitas quum ſibi regna petens
Singula permiſcet, pellitque infeſta Catonem,
Et campi Dominam ſe facit arte vafra.
Norma perit recti: pietas eſt nomen inane:
Pulſa fides cedit, cedit & ipſe pudor.
Aſt vbi compoſitis noxa exſulat improba rebus,
Praua reformantur, fit ſubito ordo decens.
Nemo magiſtratu gaudet per crimen adepto:
Rite ſuum munus quiſque Senator obit.
Nec putat auratam ſibi meſſem obtingere, in albo
Conſcriptum quoties ſe videt eſſe Patrum.
Officium populi faciunt, rectumque ſequuntur:
Cultus honeſtatis rure & in Vrbe viget.
Res ſua cuique manet ſæuis exemta rapinis:
Naturæ ac legum ſcita verenda manent.
Maiorum præſcripta malus nemo edugredi audet:
Pignora ſtant pacta non violanda fide.
Inſidioſa foris nuſquam diſcrimina, quamuis
Erro vagus crepero tempore noctis eas.
Certa domi requies domino. Pax hoſtia ſeruans
Audaces inhibet porro abigitque minas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Virginibus puerisq; decor comes hæret: & omni
Labe maritalis copula caſta vacat.
Aut furtum ſine teſte ſalax ſi fecit adulter,
Luce palam facinus ſubſequa pœna premit.
In ſuperos lingua effræni conuitia iactat
Nullus: ſacrilegas nec timet ara faces.
Armorum abceſſit formido famiſque, nec vlli
Mors arcu intento præcipitata venit.
Reſpirat grauibus plebs exonerata tributis:
Non iam nobilium. conterit exter opes.
Templaq; in antiquum conſurgunt rurſus honorē;
Verbi cœleſtis lux vbi ſancta micans
Liberat e tenebris errorum pectora cæca:
Et facit in media nocte videre diem.
Quod Mars non potuit animis crudelibus aſper,
Id nunc ſedata mente Minerua poteſt;
Et poterit magis atq; magis: modo leniter æſtus
Temperet, & cautim res pietatis agat.
Triſtia ſic terſo decedunt nubila cœlo
Luſtrali poſtquam Sol ea luce fouens
Diſcutit. ecce ætas celeri acta volumine præſto eſt,
Auguror, in vanum nec mihi verba cadent:
Quum veteris culpæ veſtigia rara manebunt:
Relligio attollet quum reparata caput.
Lexq; erit vna pijs, & grex paſtore ſub vno
Pabula diuini graminis alma petet.
Tempora felici tunc ibunt aurea fato:
Et par cœlicolis æuum agitabit homo.
Rex Deus ex alto prona omnibus aure fauebit:
Muneraque excuſſo fundet opima ſinu.

Vnani-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Vnanimes amat ille, feros contra odit & arcet,
Partibus addictos quos iuuat eſſe malis.
Illum ſuppliciter precibus veneremur; ab illo
Cuncta fluunt dici quæ meruere bona.
Præcipue Pax læta Dei memorabile donum eſt;
Nil melius Belgis quod modo detur erat.

ELEGIA XIII.

παραινετικὴ καὶ εὐκτική.

VIrgo poli ciuis, rerumq́ benigna propago:
Qua nihil in terris exſtat amabilius,
Pax, huc læta redi. ſic ſit tibi ſpica vireſcens:
Tempora ſic oleæ termite vincta geras.
Hinc belli trepidos arce Dea pulchra tumultus:
Ponere Mars gaudet munere tela tuo.
Pocula Rhenenſi madeant mihi plena Lyæo:
Funde puer prona Creſſia vina manu.
Ite genus durum curæ procul: alite fauſta
Fulſerit hæc pelagi fluctibus orta dies.
Qua noſtras iterum Pax candida reſpicit Vrbes:
Floreſcant nitidis atria ſparſa roſis.
Splendeat igne focus, totasq́ perambulet ædes
Aſſyria ſpirans de ſegete actus odor.
Laurus adornatis præuelet limina ſertis:
Et patrios myrtus pendeat ante Lares.
Ipſe ego tura feram ſacras veneranter ad aras:
Et ſoluam grates pectore & ore Deo.
Maxime Rex ſuperum, cui ſunt mortalia curæ,
Puluinar ſupplex voluor humi ante tuum.

Tu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Tu Deus ad nutum regnantum corda gubernas,
Nec vis eſt quæ non ſe tibi ſponte dicet:
Luce tui vultus terras dignare ſerena:
Fac procul hinc creperæ nubila ſortis eant.
Et redeat feſſis Concordia priſtina Belgis:
Heu Ate peſſum quam violenta dedit,
Perfida, & infernis prognata paludibus Ate,
Qua monſtrum non eſt maius ad omne nefas;
Cedat eo vnde pedem infelix huc attulit, & Pax
Illius apta locum ſecla hominum vna regat.
Vota cadunt. Lumen Numen teſtatur amicum
Quod læua cœli de regione micans
Fulſit ob ora mihi; longoq; per æthera tractu
Peruaſit mundi quadrifidi omne ſolum.
Ipſe Pater rata ſigna manu promiſit vtraque.
Chelas cœleſtes deſerit ecce Themis,
Cumque ſorore ſua terras Aſtræa reuiſit,
Inter nos ſtabilem figere iuſſa pedem.
Adſitis Diuæ, faciles & commoda nobis
Congerite illa, pius quæ dare cœtus amat
Veſter, & indulſit large maioribus olim
Quum Mauors nullum nomen haberet inops.
Ardeat hic aer tranquillo lumine candens:
Terra ferat fruges, lætitiamque meri.
Rura boues nitidos felici gramine paſcant:
Herbidaque exſultans pabula carpat equus.
Et caua pinus aquæ percurrens cærula ſalſæ,
Retia ſquammigerûm genti inimica vehat.
Ne mutis tantum mare piſcibus impleat æquor,
Victus ad noſtros nil geniale ferens.

His

His contenta bonis Saturni floruit ætas,
Aurea quæ Vatum carmine dicta fuit.
Sors tunc cuique ſatis placuit ſua. Nemo petebat
Auctius; in tuto res aliena ſtetit.
Diuitias domino cumulabant meſſis & arbor,
Armentale pecus, grexque puſillus oues.
Auro rarus honos, gemmarum rarior vſus:
Nullus eo raptor tempore tela tulit.
Si quis forte vagans ſiluarum luſtra ſubibat
Ut lepori laqueos tenderet aut volucri,
Illum ſimplicitas comitata per auia, ſaluum
Præſtitit, & rabidi texit ab ore lupi.
Numina tunc terras cœlo coluere relicto
Cœtibus humanis adſociata palam.
At ſcelus & vitium trans tartara tetra fugatum
Infernis latuit ſub Phlegethonte vadis.
Tunc genus enituit noſtrum: tunc nectare dulci
Flumina abundarunt, de ſcopuliſque liquor
Melleus effluxit; tunc balſama nata myricis:
Et Nardus quauis Celtica creuit humo.
Sæpe Deis permiſta manus iuuenumque ſenumque
Propter aquas poſitis accubuere toris.
Munera quamtumuis Bacchi generoſa darentur,
Non tamen in luxus abripuere probos.
Vna Honor atq; Pudor ſumebant prandia. Amorq;,
Et Venus & Venerem terna ſecuta Charis.
Prodijt ex Erebo princeps infanda cupido.
Hinc labis noſtræ pullulat omne malum.
Intulit hæc curas animis ad præmia auaris:
In cædem dextras exacuitque truces.

Ambitio

Ambitio inde ſuperba caput cœlo extulit altum
  Inuidiæ exſanguis ſollicitata face.
Tunc mores pertæſa malos pia turba Deorum
  Ad cœlum celeri ſurſum abiere fuga.
Sola Venus manſit, flagrans in Adonide pulchro
  Et venatoris connubio vſa viri eſt.
Hunc vbi ſæuus aper proſtrauit acumine dentis
  Oppida deſertis culta petiuit agris.
Et ſiluas exoſa feras abſceſſit in Vrbes:
  Vrbibus illa fuit non nimis alba dies.
Luxuriæ rictu nam mœnia capta ſalacis
  Linguebant: virus nec potuere nocens
Ferre diu; fluxit populos contagium in omnes.
  Æneadum nota eſt ſic notha in Vrbe parens.
Vidimus hanc gemina ſuccinctam prole, licenter
  Coniugibus pactam contemerare fidem.
Res fœda & nequam poterat toleranda videri:
  Fœdere votiuo nam coïere pares.
Sed ſimul ac diri eſt correpta libidine Martis,
  Crimina flagitijs ſunt cumulata nouis.
Ereptum Virgo ſtupris plorauit honorem:
  Nec licuit puero ferre virile decus.
Parua loquor, totæ flagrarunt funditus arces
  Iniecit quoties his ſua tela Venus.
Ne referam Megaræ excidium, cui filia Niſi
  Scylla dedit cauſſas, hoſtis amore furens:
Neue Clytemneſtræ probrum, Pelopeïa propter
  Quam domus infamis tempus in omne manet;
Ilios vſta docet populos, vt funere tanto
  Quilibet admonitus vitet adulterium.

Ne grauis ergo lues & nos ea tangat, in agros
Migremus; miſſo milite rura vacant.
Iamq; quiete ſtata licet Vrbica linquere clauſtra:
Sylua nemuſque placent, ac genitale ſolum.
Noxia vis Veneris, vis noxia Martis abeſto:
Mille modis varians ſæuit vterque Deus.
Integritas antiqua redi, rectumque piumque
Pax iuuat, illa bonis reddet adempta bona.

ELEGIA XIV. προσαγορευτική.

TE *iubeo ſaluere, Dei Pax aurea proles:*
Aduentu lætas nos face Diua tuo.
Ad latus incedat dextrum tibi cana Themiſtis:
Et comes interior ſit tua iuſta Dice.
Ne cœli poſthac ſuſpires ardua templa:
Hic agiles Zephyri rus quibus omne patet.
Murmure te dulci celebrant: ſimul hoſpita tellus
Explicuit faciles, & maris vnda ſinus.
Te iubeo ſaluere, Quies ô gnaua, fluentis
Materiæ princeps quæ vaga membra rigat.
Ætheraq; aſtricomis exornas cærula flammis:
Et dextra forti bruta elementa locas
Aëris in pelago: pelagiq; cita æquora firmas
Ne ventos metuat fluxile marmor aquæ.
Te iubeo ſaluere, Bonum exoptabile cunctis:
Præſtite qua recte ſe regio omnis habet.
Commoda Principibus qua Principe regia conſtãt:
Qua ſine plebs præceps in ſua damna ruit.

Parta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Partaque libertas populo per bella, vigere
  Nulla poteſt longum, Pax niſi bella domans
Compeſcas tumidos æqui ciuilis habena,
  Ne qua parte velint immoderata nimis.
Sol mane exoriens, Sol lucem veſpere condens
  Oſtendit radijs vndique purpureis
Gaudia quæ foueat macto ſub pectore, dum te
  Auſpicio Belgis proſpero adeſſe videt.
Ergo tuo reditu felici ſingula poſtquam
  Sumſerunt vultus viuificata nouos;
Rident arua ſatis: pinguntur gramine campi:
  Silua comas ſpargit, it ſine nube dies.
Amne ſuſurranti Nympharumque agmine lætus
  Tabuda fert nomen in mare, Diua, tuum.
Mox mare fluctiſonorum in ventos prodigit illud:
  At venti ſtrepero flamine ſurſus agunt.
Elatumque vehunt volucrûm adſpirante fauore:
  Inque poli celſa qua datur arce ſacrant.
Ipſa tui greſſus decorans veſtigia tellus,
  Herbas & flores e gremio alma genit.
Sanguinis Idalij rutilum roſa pandit honorem:
  Mellaq; finguntur dulcia rore leui
Frondibus infuſo. Sic felix hæc eat ætas
  Omni ſorte bona, ceu ſolet ante Iouem.
Tunc quum Cœligena Auſonijs regnaret in oris:
  Votaq; profluerent candida cuique ſua.
Sic inquam tellus conſpirent mutuo & æther,
  Gaudia vt æterni Veris amœna ferant.
Sub te veliuolis ratibus freta concita Tethys
  Sternit, & æquoreas dat ſuperare minas.

Hinc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Hinc modo noſtra petit Calpen quoq; libera claſſis:
Nec ſatis, Alcidæ trans ſtata clauſtra, plagas
Orbis adit longe poſiti, quas Romula nunquam
Cognouit virtus, aut fuit auſa ſequi.
Sub te denſa ſeges teneris conſurgit ariſtis:
Et varijs arbor fructibus aucta nitet.
Vitigenuſque latex prodit ſua gaudia fletu:
Vtq; meri gemmas irriget addit aquam.
Cornibus inter ſe tauri concurrere pugnant
Imperium affectat dum ſibi quiſque gregis.
Tu rixas odiumque fugas. Diſcordia per te
Pulſa, gemens collo vincula ſtricta gerit.
Te furor & bellum fugiunt: nec fraudibus vltra
Eſt locus, omne nefas Lux tua quando premit
Sub iuga tu legum populoſas dirigis Vrbes:
Solaque Iuſtitiam te Duce rura colunt.
Per te liber obit iucundæ munia vitæ
Quilibet, & noctes tuto agit atque dies.
Solus Amor ne liber agat, vigil obſtat, & in ius
Alterius prona cedere mente iubet.
Mitis Amor rerumque potens, cui Iupiter olim
Submiſit ſceptrum Rexque erebi arma ſua.
Quid moror? omne voluptatis per te genus auctum
Prouenit, hinc gentes Pax tibi ſacra ferunt.
Tu quicquid mundi conuertitur ambitu in amplo
Et regis & ſeruas ne titubando ruat.
Tu mater fœcunda vocaris & Vrbium alumna:
Terrarumque foues æquora lacte tuo.
Si quid in his felix tibi iure adſcribitur vni:
Proſpera ſors vnam te penes vſque manet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Hæc ita quum cõſtent, ſupereſt tibi Flandria, lauru
Spinula veletur, qui modo primus iter
Obſeptum patefecit ad atria Pacis amatæ,
Quæ nimium nobis clauſa fuere diu.
Aonides igitur tempus ſignate Camenæ
Ut præſens ætas ſtirpſque futura ſciant:
Quo primum gaudere die gens Belgica cœpit
Libera bellorum turbine, iamque ſua.
Inque iugo bifidi montis titulum addite talem:
Spinula Alexicacus iure & honore bono eſt.

In laudem Marchionis Venafrani

CARMEN SAPPHICVM

ἐγκωμιαςικόν.

CVr graues curæ mihi pectus vrant,
Et vetent montis pede læto adire
Luſtra Cyrrhæi? Procul hinc faceſſat
Quicquid amarum eſt.
Plectra pacatis repetenda rebus.
Spinulæ fert mens noua geſta cantu
Tollere inſigni. Meruere docta
Voce ſacrari.
Ora tu nobis Dea ſancta Clio
Prolue ex illo facilis liquore,
Ungula vndantem volucris caballi
Quem cita fudit.
Quis tuo Vates ſine numine audax
Efferat, quæ non Linus ipſe poſſit,

Ipſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Ipſe non Orpheus celebrare digno
Pectine; quamuis
Mater huic adſit, Pater adſit illi.
Orpheo princeps ſoror e Camenis;
Rex Lino præſtans ſolitum fauorem
Pulcher Apollo.
Vt die primum exoriente Virgo
Dum ſtruit ſponſo iuueni corollam,
Ambigit roſas legat an cyperon,
Anne amaranthos.
Sic modis quiſquis ſtudet æmulandis
Dux tuas laudes canere, hæret anceps
Quid prius ſumat ſibi concinendum
Poſteriuſue.
Tanta ſe virtus aperit; decorum
Splendor eſt tantus, velut ille Solis
Quem ſerenati iaculatur arcus
Orbe coruſco.
Nam genus ſi quis memoret vetuſtum,
Vltimo Heroum venit altum ab ortu:
Siue miretur magis aggeratæ
Præmia ſortis;
Fors Hera inſtanter bona fluxit olim
In ſinum vobis Iouis aureo imbre:
Corpus excellit facie eleganti;
Ingeniumque;
Prævalens partes obit acre vtraſque.
Arma ſeu tractanda domi foriſue:
Seu quies feſſis populis ſagaci
Mente paranda eſt.

Flandrica hoc nuper docuit Echidna:
Fauce flammanti metuenda Echidna.
Quæ caput ſupplex tibi ſtrauit ictum
Verbere crebro.
Inde per campos Phryſiæ rigentis
Oppida ad leges tot adacta priſcas,
Marte quid poſſes docuere amicos,
Et ſimul hoſtes.
Sed iuuat Pacis memorare fœdus.
Hanc ſolo noſtro procul exſulantem
Belgicum ſollers reuocaſti in orbem
Iuris & æqui.
Quodque primores potuere nulli
Res quibus cordi fuit iſta ſæpe,
Id tibi fauens Deus aure prona
Annuit vltro.
Nam Deum quis non videt eſſe fontem
Muneris magni? fluit hoc ab vno
Fauſtitas omnis: Duce te reponit
Tot bona nobis.
Hinc fides terram pietaſque clara
Luce perfundit, ſuperum alta luſtrat
Templa ceu vultu niueo venuſtum
Cypridis aſtrum.
Iam Deæ penſis operatæ in auro
Triplices ſeclum in melius refingunt:
Quale Saturno dominante vidit
Priſca patrum ætas.
Nectar emanant fluuij perennes,
Mella de quercu generoſa ſtillant:

Fruge

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Fruge lacteſcunt ſata rura paſſim,
Paſſim humus halat
Floribus vernis. Sua dona Aprilis
Exſerit princeps. fuit ille tandem
Pacis adſtrictor. Veneri dicatus
Vſque diurnet.
Hic tuis ergo rediens ab aſtris
Iuſta manſuram Dea fige ſedem.
Nullus hic menſas onerat Lycaon
Carne necati
Obſidis fœde. nec in atra Cacus
Antra trux prædas abigit ſecutor.
Nulla nec Colchis furibunda partus
Enſe trucidat.
Ceſſit huic longe Pelopis propago
Crimen ad quoduis animoſa, ceſſit.
Et Deûm ſancto generi rebellis
Turba Gigantum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

IANI LERNVTI
IDYLLIORVM SACRORVM
Decades duæ,

Filio Dei, & magnæ matri Virgini ſacræ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

IANVS LERNVTIVS

Reuerendiſſimo & Ampliſſio Viro

DIONYSIO VILLERIO,

Cancellario Tornacenſis Eccleſiæ Digniſſimo S. D.

IN exſpectatæ nuper obuenerunt mihi literæ tuæ, Cl. Villeri, & ideo admodum imo ſupra modum gratæ. Ex ijs qua mente, quo in me animo eſſes liquide perſpexi. Quod etſi ante incognitum non haberem: tamen gauiſus ſum magis id magiſque innoteſcere, & velut ſuda in luce poni euidenter intuendum nobis. Inuitas me Tornacum: Peream niſi cupiētem. Nam quid accidere mihi optatius poſſit, quam te domi tuæ conuenire, amplecti, alloqui, fruique Dionyſio Villerio, homine humaniſſimo, atque optimo virorum? Sic loquor, nec ficta fronte blandior tibi. Ab exceſſu Nicolai Oudardi mei, neminem noui quem eo elogio verius honeſtem, quam te. Te ſimillimum illi, veteriſq; ac melioris æui aureum germen: te qui fidem amas, & quem amat fides. O quot hoc tempore alij viuunt aliter animati! Vultu, geſtu, ſermone, quamuis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

amici apparent, dumq; incoram ſunt, vel in propinquo, omnem vltro opem, omnem operam pollicentur. Vix terga verterunt, vertunt illico cor, & verba ſe dediſſe palam ſæpe gloriantur. Profecto quoties de promiſſis appellâtur, vt Comicus ait, reperiuntur falſi falſimonijs: Lingua factioſa, inertes opera, ſubleſta fide. Cenſeas eos de genere Siſyphio verſipelles atque aſtutos eſſe, non eſſe, quales decet probitatis ingenuæ candidatos, quibus hoc vetus menti inhæret penitus impreſſum: Inter bonos bene agendum. Valeant peruerſi, & ſcito nunc me votis tuis meiſque ſatisfacere non poſſe, propter hiemem hanc peregrinanti aduerſam, febrem propter, inclementer ſæuientem, quæ per totum pœne Autumnum vexauit corpuſculum hoc, & tantum non lecto adfixit, certe colonum me cubiculi fecit ſic, vt limen domus meæ vix egreſſus ſim ſeptem iam continuis ſeptimanis. Eſt ergo propoſitum mihi alia via occurrere deſiderio vtriuſque: & amoris noſtri, cuius tu auctor fuiſti primus, memoriam ad poſteros tranſmittere. Id vt commodius faciam, mitto tibi ex ſcriptis meis libros gemellos, nomini inſcriptos tuo. Idylliorum ſacrorum vides decades duas, quibus Dei Filium & Virginem matrem celebro ore quo poſſum grato ac muni. Spero opus legenti non ingratum

tum futurum vel ob pietatem. Lege tu, & a te alij legant, norintque præſentes ac futuri, nos inter nos amicitiam ſincera mente conſtanter coluiſſe, & pectus geſſiſſe contra ſæcula noſtra rectum. Valeat Amplitudo tua, merito ſuo mihi pijſq; ſemper reuerenda. Brugis Leuacorum.

IANI

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

IANI LERNVTI
Decas prima.
IDYLLIVM I.
Filio Dei, & diuæ Virgini ſacrum.

Virgine progenitum Puerum pia Muſa canamus,
Impetus iſte ſacer nunc mihi pectus agit.
Impetus! an ratio! numeros age prome modoſque:
Te decet his cœptis ſponte fauere Deam:
Vel Pueri aſpectu, quo non diuinior alter,
Eſt illi genitor nam Deus ipſe Deûm;
Vel Matris magnæ, cui cedit priſca Cybelle,
Sceptraque ſubmittit, turrigerumque caput.
Alme Puer, Puerique Parens electa Tonanti,
Digna Parens Puero, digne Parente Puer,
O longum optati præſentia lumina ſecli
Saluete, hoc vobis textile ſurgit opus.
Nam velut in cæco deprenſis turbine nautis,
A puppi ſpirans aura ſecunda venit,
Iam decuma ad ſcopulos nauem lacerante procella,
Auxilium miſeris tale vtriuſque fuit.
Vos ego ſæpe meo, vos iunctim carmine adibo,
Eſte precor faciles, numina ſancta mihi;
Neu noceant aduerſa, benigno lumine vatem
Aſpicite, in veſtra me iuuat eſſe fide.
Tu Puer in terras alto demiſſus Olympo
Naſceris humana conditione Deus:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Sicq; genus noſtrum ſocias tibi ſorte peræqua,
Sis ſimul vt diæ proprietatis homo.
Verus homo, verus ſemper-Deus, vnus vtrumque
Naſceris, & gemino nomine mactus ades.
Naſceris vt verni genialis imago ſereni,
Gaudiaque in populos vndique feſta ſeris.
In terris tecum pax naſcitur aurea vulgo,
Ante ipſis tantum cognita cœlitibus;
Pax imbuta voluptatis torrente perenni,
Quam labes nunquam polluere vlla queat.
Manant inſolita paſſim dulcedine montes,
Planaque melliflui nectaris amne ſcatent.
Tellurem ſparſiſſe reor rus omne profuſis
Floribus, & Syrtes enituiſſe croco.
Te naſcente, Puer, ſunt aſpera læuia facta,
Obduxere ſitum gramine ſaxa fera.
Lenta ſalix Arabis ſudauit germina Myrrhæ,
Veſtijt & molli ſe viola ipſe rubus.
Ad cunas cecinêre tuas ſuperûm Ordo volucris,
Certaque lætitiæ ſigna dedêre Poli.
Ad cunas venêre tuas rata dona ferentes
Æthiopum exuſta de regione Magi;
Stella quibus ſignauit iter per devia rectum,
Stella Patrum nullo tempore nota prius.
Bruta quoque ipſa tuas venerata animalia cunas,
Numen adorarunt quo potuêre modo
Cernua, ceruicis clinamine, poplite flexo
Comiter affari te quaſi viſa palam.
Certe hieme in media tectũ male culmine culmeo,
Eminus afflatu adniſa fouere ſuo.

Quæ

Quæ tibi tunc animum Virgo impulit ampla volu-
Pectore cor credo vix potuiſſe capi. (ptas?
Cœliuagos hîc aſpiceres quum pſallere fratres,
Ac iubar in terris ſuſpicere aſtra nouum.
Hic reges Nato depromere munera vota,
Et dare deuoti mille notas animi.
Muta alia de parte, ſacro famulantia partu,
Longe ipſum officijs ante hominem ire pijs.
Tu Dominum lucis produxti lucis in oras.
Cum quo ſunt nobis omnia nata bona.
Lux fuit illa atauis promiſſa prioribus olim,
Cum coluber virus ſparſit in orbe nocens.
Genſq; hominum tenebris iacuit demerſa profundis:
Atque vltro præceps iret in exitium.
Te Genitrice ſalus orta eſt & reddita mundo,
Qua duce iuſtitiæ libera libra redit.
Antiquoque nitet cultu pulcherrima Virtus.
At Vitium in latebras abditur atq; Scelus.
Iamq; patent alti reſerata Palatia Cœli:
Imaq; ſunt forti regna ſubacta manu.
Quid reſtas Coluber cauda ſinuatus adunca?
Perniciem ante oculos iam tibi adeſſe vides.
I, pete tartareas ſedes, & condere Auerno:
Nympha caput victrix conteret iſta tuum.
Aſpicis in ſuperis pugnantem fortiter angui
Virgo virum! hic ille eſt Filius ipſe tuus.
Huius ita ætheriam lucent monumenta per arcem.
Nam labor hic cunctis notificandus erat.
Immanis Serpens geminas perlabitur Arctos
Lubricus, effuſi fluminis inſtar habens.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Et medium cingens Ophiuchum, ingentibus arcte
 Implicat hunc ſpiris, preſſus vtraque manu.
Flagrant extantes oculi, caua tempora flagrant
 Acriter, & mento fax quoque flammea ineſt.
Præque caput tendens lingua vibrante tremendum,
 Pone ſinus caudæ vulnera cœca facit.
Nixus at ipſe genu in dextrum tuus, ac pede læuo
 Proiecto ad pugnam, membra animoſq; parat.
Intentanſque grauem nodoſi roboris ictum,
 Mulcat iactantem ſibila colla feram.
Tu quoq; cœleſtem fueras celebrata per orbem,
 Erigone lances qua micat ante pares.
Hîc ſolium Regina tuum ſtatuere priores,
 Cura quibus ſuperûm prodere ſacra fuit.
Hîc eſt ſpica, tuus qua paſcit Filius omnes,
 De Cœlo gratis dedita terrigenis.
Stella maris ſpectanda pijs hoc ſidere fulges,
 Omnibus in dubijs auxiliare decus.
Ad cuius radios celant hebetata Lacones
 Sidera Tyndaridæ trans Acherontis aquas.
Luna etiam ipſa ſuæ præpandit nubila fronti
 Sæpius, & iuſto victa pudore rubet:
Aut rubet, aut noctis per vaſta ſilentia muſſans
 Decurrit mannos præcipitanter agens.
Singula ne referam, tu vere ea Myſtica Porta es
 Luciferi ſpectans exorientis itum.
Vnde velut pelago emerſit Sol vnicus ille,
 Cuius inextincto lumine cuncta vigent.
Aſtrorum tu clarus honor, lauſq; Ætheris ingens,
 Apta Dei thalamis vna reperta nurus.

Nata

Nata Dei, Materq́ꝫ Dei, non nuptaqꝫ nupta,
Quam veterum ſagæ tot cecinere tubæ,
Deſino: ſupra hominem eſt plenas tibi dicere laudes,
Filius ad cœpti carminis orſa vocat.
Alme Puer, Puer alme, Parentis gloria ſummi
Dextraque, quo rerum Principe cuncta ſata:
Qua nunc voce Deus celebrem tua maxima facta
Fataque? nam verbi flumina ſolus habes.
Illius emicuit iuſſu lux orta repente,
Et tenebræ antiquum deſeruere chaos.
Extenſaque liber Cœli ſubito ignibus arſit
Stelliger, & ſtructum pergit obire globum.
Inde ſolo vires: & ſulcis credita aratis
Semina multiplici fœnore reddit ager.
Ingenium inde maris, dum nunc ad littora ſpumas
Expuit, & cana aſpergine ſaxa lauat:
Nunc abit emanans confertum rurſus in alueum,
Momina biſque iterat quolibet iſta die
Aurigæ Solis ductu: qui ſidere moto
Oceani fluidum fertque refertque ſalum.
Vel Lunæ, vt credunt, ſic lege reciproca fertur,
Seu redit vnda tumens, ſiue reſorpta cadit.
Omnis ad occaſum regio tibi ſeruit ab ortu,
Et Boreæ alta domus, nec minus ima Noti.
Tela die Phœbus longe tibi lucida fundit,
Auricomum multo comptus honore caput.
Quadriiugoſque citat currus duodena per aſtra
Dum mundum ad leges & tua iura vocat.
Nunc breue ver reuehit, nunc tēpora meſſis adultæ,
Nunc grauidū Autummū, nunc hiemale gelu.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Atque ita proporro dimenſum conficit annum,
Et ſemper nobis idem aliuſq; redit.
Ipſa ſoror Phœbe, noctu tibi cornua tollit,
Et trino cœli per ſpatia ore meat.
Lympha ſuſurranti te murmure prona ſalutat,
Perq; auium omne genus te nemora alta canūt.
Auraque promiſſos quatiens ante ora capillos
Alarum flexu te modulante vehit.
Deſuper irrorant abrupto vellere nubes,
Inque ſinus terræ deciduo imbre fluunt.
Illa madens largis intra ſua viſcera nimbis
Frugifero cunctos munere mater alit.
Quin nos infracti modo quod ſubſiſtimus, inter
Tot mala, quæ belli tot peperêre faces,
Tot tantæque faces, quibus omnis Belgica lente
Carpitur, in cineres & reſoluta perit,
A te Sancte venit: tu firmas pectora nobis,
Et ſiquid noſtrum eſt quod juuat, omne tuū eſt.
Te precor ergo tui per ſacrum fœdus amoris,
Nobiſcum placuit quod pepigiſſe tibi,
Vt Deus humana fieres ſub imagine noſter,
Noſque tui velles eſſe laboris opus.
Da memori & grata recolam tua munera mente,
Et mediter matri promeritum vſque decus:
Corporis vt liber tandem, in regione beata
Vos ſuper aſtra ſequar, vos ſuper aſtra canam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

IDYLLIVM II.

In Natalem Domini.

QVis calor hic velox me tollit ad æthera ſurſum?
Nata eſt lætitiæ quæ mihi cauſſa meæ?
Iam videor ſuperis immiſtus obire choreas:
Et cœleſte auida percipere aure melos.
Exultant trepidis præcordia concita fibris:
Cor ſalit, & maior vis animum intus agit.
An quia nunc diæ redeunt ſollennia Noctis?
Sic eſt. Laude omnes Nox premit iſta dies.
Qua Deus humana velatus imagine noſter
Audijt, e pura Virgine factus Homo.
Hac eſt nocte ſalus miſeris mortalibus orta:
Hac ſumus erepti nocte plagis Erebi;
Induerant arcto quæ tot modo ſæcula nexu,
Ex quo peccauit primus in orbe Parens.
Lux hac nocte facem nobis accendit amicam,
Qua ſacer emicuit relligionis honor:
Et veterum pulſis erroribus vndique cæcas
Acta iterum in latebras ſpurca ſuperſtitio eſt.
Degeneres procul hinc curæ, procul ite labores:
Et quicquid mentem ſollicitudine edit.
Vos huc vos contra feſto pede gaudia adeſte:
Nox eſt diuinis hæc celebranda modis.
Dicite Pegaſides Nocti bona verba beatæ:
Dicite io Matri, dicite io Puero.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Cœleſti Puero, cuius vagore ſerenum
Redditur, & rebus qui ſolet eſſe vigor.
Nam ſimul hic natus ſunt ſecula lapſa renata:
Antiquum mundus depoſuitque ſitum
Matri almæ, auguſtæ, quæ prægnans flamine ſancto
Enixa auctorem eſt, Virgo hominũ atq; Deum.
Virgo intacta, Rheæ cedit cui gloria matris;
Quæ falſos orbi tot dedit ante Deos.
Hanc priſci noctem optarunt vidiſſe parentes;
Fruſtra. Nox æuo noſtro ea clara fuit.
Sidus ab Eoïs primores impulit oris
Ad Pueri cunas approperare Magos.
Dux quibus vſque fuit præfixo limite, donec
Texta ſuper tegetis non bene tecta ſtetit
Lacteolo ore micans, tanquam ſic diceret: Hic eſt,
Hic ille eſt, coram cernere quem cupitis.
Vile magar vobis ne ſit contemnere, nec vos
Submiſſo pigeat procubuiſſe genu.
Promite tura Deo: Regem theſaurus honoret:
Smyrna ſecuturæ det monumenta necis.
Parte alia vigiles ouium puer admouet ales
Vrbe procul Numen progenitum inter agros.
Cumq́; metu tenebras abigens trepidantibus illis
Æterni prodit conſilij acta palam.
Surgite paſtores, ſiluarum candida pubes
Surgite, ait. Regem cominus ecce, oculis
Vſurpare datur. greſſum celerate, propinqui
Culmine ſub tuguri, ſtramineo inque toro
Sugere Reginæ ſpectabitis vbera matris.
Nec plura, intentam protinus ad citharam

Aurea

Aurea nubifugo permulcens ſidera cantu,
Fratribus aligeris ſe ſocium addit ouans.
Accepere fidem præmiſſa oracula Vatum;
Nulli vltra Iſacidæ ſceptra gerenda manu.
Signaque tot miris olim monſtrata figuris
Clare nunc ipſa re manifeſta patent.
Reſtitit effuſo tacitis de nubibus imbri
Lanoſum vellus tergora ſicca gerens.
Cætera cum late circum perfuſa maderent
Agmine deciduo præcipitantis aquæ,
Porta Deo patuit ſolido munimine clauſa:
Arſit in innocuo flammeus igne rubus.
Arboris emerſit germen de ſtirpe ſenecta:
Prodijt e Patrum ſemine ſtella maris.
Rex ita Chriſtus adeſt, qui pacem conferat orbi;
Quique Patrem exoret Conciliator adeſt.
Agnus adeſt ſine labe, Crucis mactandus in ara:
Hoſtia pro noſtris maxima criminibus.
Excuſſa vt meruit regno eſt Iudæa rebellis:
Jamque alienigenæ ſub iuga colla dedit.
Gaudete admiſſæ gentes vbicumque fideles,
Omnibus e pleno Gratia fonte fluit.
At tu virginei partus Nox conſcia ſalue:
Dum viuam nunquam non tua feſta colam.
Tu mihi decurſo feliciter orbe, quotannis
Alba redi, nunquam non tua feſta canam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

IDYLLIVM III.

Paſtorale in eundem Natalem.

CVſtodes ouium, gens ruri & ſueta colendo,
Ætherijs aures cantibus arrigite.
Omnia diuino paſſim loca tacta canore
Signa voluptatis dant manifeſta nouæ.
Maximus en noſtris Paſtor prognatus in agris,
Cui ius in terras contulit omne Pater.
Ille Pater nutu torquet qui cærula cœli:
Qui Soli leges ſideribuſque dedit.
Virginis ad partum obſtupuit Berecynthia mater,
Ereptumque ſibi vidit anile decus.
Nec Dictynna minus trepida admiratur & hæret,
Summittit ſummo fulgura lucis Hero.
Vltima Amalthei iam carminis incipit ætas,
Qualis Saturno ſub ſene prima fuit.
Scilicet hæc Virgo eſt quam tot cecinere Sibyllæ,
Progenies ſuperis ſedibus iſta venit:
Aurea progenies, cuius modo pallidus Orcus
Horret in aduentum Tartareuſque Canis.
Tiſiphoneque gemens iactis in terga colubris,
Infera cum gemina regna ſorore ſubit.
Paſtor hic eſt, ſparſim qui per deſerta vagantes
Ad caulas nota voce reducet oues.
Irrumpenſque nemus diræ formidinis atrum,
Compeſcet rabidos in ſua damna lupos.
Offeret & fidens aduerſum pectus in hoſtem:
Aſpera nec metuet pro grege quæque pati

Fas

Fas erit abiectis vitrei prope murmura fontis
Fronde ſub arborea qua vaga garrit auis
Hoc Duce ſylueſtrem placide exercere Camenam:
Ludere & imparibus carmen arundinibus.
Agricolæque Deo Genitori dicere laudes,
Qui ſua de cœlo proſpicit arua fauens.
Et pariter Pani noſtro pæana ſonare,
Ad terræ extremos & maris vſque ſinus.
Ille caput claro attollens ſplendore coruſcum
Ibit honorandus Regibus ac populis.
Et lætum toto iactans de corpore amorem
Verbi immortalis ſemina dîa feret.
Sancta Themis iuxtim veſtigia pone ſequetur:
Cui Pax optatum iunget amica latus.
Accedet Nemeſis vindex, ſed fronte remiſſa
Non niſi peruerſis fræna timenda geret.
Inuidia obnupto celabit lumina vultu:
Et procul ægra ſuo cor ſibi dente teret.
Nuſquam diſcidia, aut acres ad prælia dextræ,
Obruet in Getica Mars pater arma niue:
Inflectenſque genu Paſtori bella peroſo
Eius adorabit Pontificale pedum.
Nulla mora: in dentem gladius vertetur aratri,
Frugiferam vt prono vomere findat humum.
Caſſidis æs clupeique liquabitur igne recoctum,
Fiat vt huic acies falcis acuta magis.
Bellua ſæua lupus colludet mitibus agnis:
Nulla truci ſerpens fauce venena vomet.
Dama pari ſtabulo deget cum tigride concors:
Antraque cum ceruis incolet vna Leo.

Numinis offenſi iuſtas hic molliet iras:
Supplicia & nobis debita ſponte luet.
Error in obſcuro tenuit ceu carcere gentes
Publicus: & ſurui pleraque Regis erant
Omnia. Nam prædas auide turbator agebat,
Armatus furijs in ſcelus omne tribus.
Pars hominum ſincera malis permiſta peribat,
Ni ſubueniſſet prouida cura Ducis.
Nox hæc luce noua radians erroris abegit
Nubila, Tænarijs inuidioſa Deis.
Accenditque iubar, cuius per deuia claro
Lumine iam veri ſemita recta patet.
Ergo recens nato Puero gratemur amice:
Paſtorum princeps vnicus vnus adeſt.
Præceſſere Magi prætexta in veſte micantes;
Stella quibus certum præuia fecit iter.
Donaque portarunt domino Regique Deorum:
Quid ni cor nobis par quoque feruor agat?
Acceleremus; eo facili nos tramite ducet
Hæc via, qua bruti vox modo viſa bouis.
Fallor? an & vocem accipio rudentis aſelli?
Arbiter hac rerum ſub tegete ortus Homo eſt.
Ante fores adſtant equitum peditumque manipli:
Verna miniſterijs obſequioſa cohors. (ales,
Ferte gradum comites. Puer admonet ecce iterum
Qui modo cœleſti cuncta vigore replet.
Munera erunt nobis, non auri fulua talenta,
Aut quæſita rubris gemma ſub æquoribus.
Iſta ferant alij, ſors eſt quibus vſque ſecunda:
Reſque domi ſplendens atque opulenta niuet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Sed neque caſeolos, nec lac, vel liba feremus,
Aut exempta ſuis dulcia mella fauis.
Fas animi, ius compoſitum, mens neſcia fraudis,
Munera ter-magno maxima ſemper erunt.

IDYLLIVM VOTIVVM IV.

Repulſo hoſte domeſtico Ad Deum Opt. Max.

SAncte Deus, miſerere mei, miſerere meorum:
Scis quam tempeſtas me fera & atra coquat.
Spes mea nixa tuæ ſtabit virtutis in vmbra,
Flexerit hinc alio dum vafer ille pedem.
Ille vafer, qui nos afflixit tempore tanto:
Quem non humanum te ſine ferre fuit.
Ecce Deus vocem rumpo ad te cordis ab imo:
A te manarunt tot benefacta mihi.
Tu me de cœli ſolio ſolatus amice es:
Collaque ſæuorum ſub pede fracta premis.
Sic modo qui nobis crudelia cuncta parabant,
Supplicium factis quod meruere luunt.
Auxiliator opem fecit ſperantibus in ſe:
Noſque lupi rabidis dentibus eripuit.
Nam lupus ingluuie merus eſt: illi ora cruenta,
Et ſemper noſtri ſanguinis alta ſitis.
Nulla mihi fluxit grauibus nox libera curis:
Tædia ſubiecit ſæpe moleſta dies.
An lupus, an coluber magis eſt? ſinuamine torto
Qui ſeſe in ſpiras per loca vaſta trahit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Ignea liuenti ſplendeſcunt lumina flamma:
Oraque vibranti ſtridula voce ſonant.
Nubilaque inficiens ſaniem de pectore proflat:
Non ſecus incautos callidus ille petit.
Exaltare ſupra cœlum Deus, & tua in orbem
Inclyta perpetuo gloria honore meet.
Qui mala cæca mihi ſtruxerunt arte doloſa,
Hæc ea in ipſorum ſunt modo verſa caput.
Inflexere meæ fateor præcordia mentis:
Artifices ſcelerum ſed periere male.
Ingenij vis prompta Deus mihi, corque paratum:
Cantando pangam carmina grata tibi.
Surgite Pierides mea lumina ſurgite Muſæ:
Et mecum æternum rite ſonate Deum:
Quam prius ex oriente diem profundat Eöus,
Dum matutinæ dulce queruntur aues,
Te rerum venerande Parens dominum ore fatebor:
Factaque per populos commemorabo tua.
Nam tua tranſcendit bonitas ſuperum ardua tẽpla:
Tranſijt & nubes indubitata fides.
Exaltare ſupra cœlum Deus, & tua in orbem
Inclyta perpetuo gloria honore meet.

IDYLLIVM εὐχαριϛικὸν V.

Excuſſo iugo hoſtis externi.

Ad Deum Liberatorem.

EX animo te Rector amo eradicitus imo,
O hominum Rector, cœlicolûmque Parens:

Suppli-

Supplicia acceſſere tuas quoniam mea in aures:
Votaque ſucceſſus noſtra habuere bonos.
Quare ſic facilem cum ſe mihi præſtet, in arctis
Vſque eum & in dubijs concelebrabo prece.
Mors caput hoc furuis volitabat circiter alis:
Telaque in exitium ſumſerat apta meum.
Foſſa ſepulchrali ſtabat ſignanda cupreſſu:
Defuſis oculi tabuerant lacrymis.
Ipſa dolore graui mens externata iacebat:
Iam iam obiturus eram nil niſi fulua cinis.
Vocibus his cepi quando implorare Tonantem:
Ne me, ne miſerum me ſine, Sancte, mori.
Nec mora: ſubſidium præſens affulſit ab alto;
Oſtendit mitem ſe Deus atque pium.
Prolixæque voluntatis conſtanter in illos,
Qui rectum nuda ſimplicitate colunt.
Nam cum ſcæua forent atq; aduerſa omnia nobis,
Adſtitit afflicto dexter, opemque tulit.
Et ſine ſpe in ſolis proiectum me procul oris
Reſtituit patriæ, reſtituitque meis.
Surge anima, & curis longum vale ſcribe moleſtis.
Nata eſt a domino lætitia iſta recens.
Reddidit ille tibi vitam ablatam, humida terſit
Lumina, lapſantes ſuſtinuitque pedes.
Incoram ergo tui Genitor fruar ætheris aura:
Et feſtum ante oculos æuum agitabo tuos.
Credidi, & in verba os idcirco talia ſolui:
Anxietas pectus preſſerat ægra meum:
Et furor amentem malus impulit hæc ita fari:
Nil niſi fortunæ ludibrium omnis homo eſt.

Quas

Quas tibi nunc grates muni Deus ore reponam?
Promeritis digne quid pariabo tuis?
Optima namque tui cumulatim ſigna fauoris,
Maxima ſuntque in me tot benefacta tua.
Attollam dextra laudis carcheſia plena:
Et libertatem me tibi iure meam
Teſtabor debere, tuumque in ſæcula nomen
Per ſola terrarum per maris alta feram.
Quin iam vota lubens rerum cantabo parenti:
Et plebe & populo perſoluam illa palam.
Certum, nulla pio temere nex obuenit, omnium
Fata Deus magno cara habet in pretio.
Sum famulus Deus ergo tuus, famulus tuus inquã
Sum Deus, ancillæ ſtirps genuina tuæ.
Rupiſti hac propter mea ferrea vincula, quamuis
Effugij nuſquam ſpes ſuper vlla foret.
Quare ex parte mea hanc macto tibi victimam honoris;
Quandoquidem maius reddere nil habeo.
Et numen cantu ſolenni nobile ad aſtra
Tollo tuum, celebrans te Dominum atque Patrem.
Muneraque in medio cœtu mea pono piorum:
Ædibus inque ſacris, Brugide & in media.
Vos quibus eſt ſtudium pietatis, adeſte, age mecum
Perpetua æternum laude Deum vehite.

IDYLLIVM VI.

VIII Kal. IanuarI.

ET cœli rores grauida de nube profuſi
Deſuper, & multa Nox vigil aucta face,
Sideraque inſolito ſplendore micantia clarum,
Lunaque pennipedes quæ ciet alba boues,
Cœlicolumque chori carmen liquido ore canentes,
Et Puer omnipotens, & monet ipſa Parens
Virgo, meis iterum ſacris ſollenne rediſſe
Tempus. abi ac citharæ fer mihi plectra puer.
Templa peto, ſanctaſque pie proſtratus ad aras
Infantis numen deuenerabor Heri.
Ille die noctem conſulto hanc prætulit: ille
Iura catenatæ ſoluere mortis adeſt.
Inuictaque manu furias domiturus Auerni
Vana reluctantes ſub ſua lora trahet.
Ibit & eximijs Erebi vaſtator onuſtus
Reſtituens nobis tot male rapta bona. (ſtant
Iamq; Dei atq; hominum commercia priſtina con-
Rurſus, & ad ſuperas eſt via aperta domos.
Mens hilaris geſtit ceu thyrſo lætitiæ icta:
Geſtiat, & ſordis purum animum alta leuet.
Peruigilare gregis paſtores ſentio: ridet
In cunis poſito terra poluſque Deo.
Omniaq; ex omni profundens gaudia parte,
Nato Homini terſa fronte placere ſtudet.
Vna comas ſpargens alijs fulgentior aſtris,
Æmula ſolari lumine ſtella micat.

Et

Et niueo hoſpitium Pueri candore coronans
Ad connexa animos omnium & ora rapit.
In primis Reges Nabathæo impellit ab axe,
Vexillum Regis ſummi alio orbe ſequi.
Muneribuſque tribus pro re diuinitus aptis
Ire peregrinas ſe præeunte vias:
Donec ſignato componat tramite ſulcum
Impendens humilis tecta ſub ipſa caſæ.
Et face ſubmiſſa rupem mirantibus illis
Prodat, & auguſtum anguſta ea in arce caput.
Argumenta Puer præclara tuæ indolis hæc ſunt:
Tergeminum Genitor cui decus ipſe dedit.
Eſſe Deum vere declarant turea dona:
Regnantem fului te docet æris honor.
Myrrha necis ſubeunda tibi fera ſpicula monſtrat.
Sed quæ mox fracta cuſpide caſſa cadant.
Fulguris hinc ſubiti nobis quæ flamma reluxit?
Noctis in hac vmbra quis nouus iſte nitor?
Spectandi ſtudio video excitum vndique cœlum:
Auribus accedit vox modulata meis.
Vox Domino rerum laudes meditata canoras:
Fauſtaque terrigenis feſtaque cuncta fauens.
O Nox auſpicijs æui felicibus orta:
Sacra colat digne Nox tua nemo ſatis.
Non ſi te magno intexat manus Attica peplo:
Viſendamque Deæ Palladi inante locet.
Tarda vbi tranſacto redeunt quinquennia luſtro,
Mopſopidûm quæ gens conuenienter obit.
Te thyaſi ſuperûm plauſis cinxere choreis:
Et tibi diuinos accinuere modos.

Tu Nox luce prior vidiſti exordia lucis
Illius, a qua Sol lumen & aſtra tenent.
Tu ſortem Pueri abiectam mirata miſerta es,
Dum ſtabulo in vili fortuitoque iacet,
Vix arcens frigus ſub ſtramine limigina vluæ,
Sideris ingenio quod mouet acre Capra. (tis?
Parue quid heu lacrymis turgent tibi lumina obor-
Concutit horridulus quis tenera ora tremor?
Mitte Puer lacrymas, matremq; amplectere, mater
Algentem tepido te geret alma ſinu.
Vltro quadrupedes ipſi, viden', halitu amico
Certatim auertunt vim Boreæ atque geli.
Vagis? acta tuo vagitu nubila cedunt:
Fletibus & ſacris lætior aura ſonat.
Felices lacrymæ manant quæ gaudia mundi:
Et fletus omnes omnium ab ore fugant.
Ter fortunatam tali te prole parentem.
Altera ſe nullo tantam ab honore feret.
Non illa Idæos cohibens ad fræna leones
Quæ Genitrix audit priſca Deûm Cybele.
Soſpita nec Iuno, nec ſoſpita virgo Minerua:
Illa Iouis coniux, hæc Patre nata Ioue.
Non Acca Oenotrijs florens Laurentia in oris:
Cuius adhuc titulos Vrbs amat alta Remi.
Nec Veſta ardentis prunæ cuſtodia felix:
Nec Dea quæ veteri more vocata Bona eſt.
Non tu Nympha grauis de ſemine facta virili es:
Spiritus excelſa lapſus ab arce ſacer,
Impolluta tibi compleuit viſcera partu:
Nupta Dei ſalua virginitate manes.

Copu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Copula quæ ſimilis fuit vlla? vbi ſermo maritus,
Vxor & auricula par ſubiere iugum.
Floruit extemplo ventris tibi germen: & altæ
Signa poteſtatis emicuere palam.
Ipſe Deus ſancta tanquam verſatus in æde,
De thalamo ſponſus protulit ora ſuo.
Regia ſeruati tenuit Dominum aulla pudoris:
Ille Gigas gemino nomine clarus iter
Curſu alacri inſtituens a Patre egreſſus, ad ipſum
Regreſſuſque Patrem, Sol velut omnia obit.
Illius excurſus peruenit ad infera regna.
Mœrent infracto cornu Acherontis aquæ.
Illius ad ſolium cœli poſt fata recurſus:
Cuius ab æterno ſcamna parata premet.
Æqualiſque Deo Patri ſublime trophæum
Eriget, & noſtrum tollet ad alta genus.
Iam præſepe tuum longe lateque coruſcans
Rex ſupreme, iubar ſpargit in omne ſolum.
Noxq́ diem ante almum faculis excincta decoris
Lumen ab ore tuo clarificata iacit.
Lumen, quod tenebris non vlla obnuberet ætas:
Sed fidei ſemper luceat igne pio.
Haud aliter, ſi parua licet componere magnis,
De Peluſiaco littore celſa Pharus
Illuni cœlo turbantibus æquora ventis
In pelagus flammas eiaculata vomit.
Si qua laborantem iactat grauis vnda carinam,
Tuto iter vt certum veliſicata ſecet.
Quô me Virgo rapis, quo tuq́ Puerq́ vocatis?
Ah nimis eſt noſtro paruus in ore ſonus.

Has

Has laudes cantet magni tuba Vatis Homeri:
Cantet Ieſſæi vel lyra honora Patris.
Progeniem vos ille ſuo de ſanguine ſciuit:
Cernere præſaga mente futura potens.
Nec tantum: ſeris ſed carmine prodere ſeclis;
Dulcius Vraniæ quo nihil ipſa canat.
Attamen exiguo quodcunque e corde liquoris
Profluet, hoc Nato ſeruiet atque tibi.
Pindarus Ogygia cingat ſua tempora lauru:
De Libani cedro vos date ſerta mihi:
Vt numeris animata meis ſe Belgica tollat,
Belgica Romani patria Battiadæ.
Turrigeram ſi quis cernat nouus aduena Brugin,
Æſtimet ingenio pontica tecta meo.
Adſpirate pio cultori numina veſtro,
Tinguere Callirhoes quo labra poſſit aquis.
Primus ego ingredior Syrio de fonte ſacerdos:
Itala per Morinos occanere orſa choros.
Gens hominum primæua malignæ olim aſpidis aſtu
In vetitum præceps proruere auſa nefas:
Pignora tranquillæ tibi reddita plena quietis
Gaude. ſtant nullis eripienda dolis.
Vos modo quos ſæcli tempeſtas turbida vexat,
Perque graues æſtus in vada cæca rapit,
Ponite diuidiam: lapſaſque attollite mentes.
Hic cautes ſolida eſt in medio amne maris:
Ardua deſpiciens ſubiectos vndique motus,
Fortunæ fortis quos tumida vnda facit.
Hic ſtatio nautis ſemper fidiſſima, cuius
Obiice defenſi nulla pericla tremant.

O Lani-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Lanigeræ pecudes alibi ne quærite lymphas.
Haud vltra vobis os ſitis atra coquet.
Hic ſalientis aquæ viuo de flumine gurges
Pocula cœleſti nectare plena dabit.
Auia longinquis nec quærite paſcua campis:
Haud vltra vobis eſt metuenda fames.
Huius ope vbertas nulli non dapſilis orta
Imbuet Ambroſiæ pabula rore mero.
Prô ſuperi, ſuperis veniunt quæ commoda ab oris!
In potus ipſum ſeſe epulaſque dabit.
Cœlicolum ex æquo dapibus iam veſcimur omnes.
Verum non omnes veſcimur ex merito.
Is poterit cœli dignus conuiua vocari,
Qui ſubmiſſo animi pectore liba capit.
At quem peccati in nexu tenet improbus ardor,
Aſtruit hæc ſumens exitium ipſe ſibi.
Tandem Tænareas fauces occlude Megæra:
Perbacchata ſatis fax tua & hydra tua eſt.
Cui modo ceſſerunt hominum tot millia abacta,
Graßari indomitam qui vetet Vltor adeſt.
Edere namque Deum meruit quæ libera Virgo,
Omnia iam mater Virgo venena domat.
Virus ab internis age tractibus euome ſerpens,
Gramina deſpumans concolor in viridi.
Vltor adeſt, mors mortis adeſt: latemur in illo.
Humani generis bis grauia æra luit.
Qua ſpe mercedis? ſolo inflammatus amore.
Ah Amor ah pietas, noſtrum onus ipſe tulit.
Quodque bonum poſſedit, amicus prodidit, imo
Hoſtibus. An vatum quiſquam ea rite canat?

Non

Non ego, non mecum Clio doctæque ſorores
Sufficiant: Clarij non pater ipſe gregis.
Gaudia qui vitæ ſperant ſibi ſumma beatæ,
Hunc ſpectent. Vitæ perpetis iſte via eſt.
Sancte Puer ſalue: tua pax feliciter orbem
Expiet. hinc belli ſemina pelle procul.
Improba iampridem populus tuus arma mouemus:
Quis non in præceps Belgium abire videt?
Commoda prima domi ſectatur turba togata:
Commoda ſectatur turba ſagata foris.
Hinc auidæ nudant terraſq; fretumq; rapinæ:
Arcent ſacrilegas nec pia templa manus.
Obiecta tantum prædæ ſpe bella geruntur:
Credas e Pluti ſtirpe fuiſſe ſata.
Conditur auro enſis, enſis diſtingitur auro:
Munitus fruſtra Mars ferus ære ſuo eſt.
Non libet incurſus hoſtis prohibere rapaces:
Sanguine ciuili rem cumulare libet.
Auerſis pulchrum deducere ſigna maniplis:
Exutaque palam linquere caſtra fide.
Deſijt antiqua victoria laude parari:
Lucrius in partes hanc calor ire docet.
Ductores pretio capti ſua prælia ducunt:
Confuſum pretio faſque nefaſque iacet.
Tu graue in exitium ſerpentem hũc confice cancrũ,
Aut alio iubeas trans mare ferre pedem.
Da tibi pacata viuamus mente renati:
Conſtet vt in medio noſtra labore quies.
Ne quæſo vlterius ne noxia ſæuiat Ate,
Omnis ab antiquo fons & origo mali.

Quicquid ea accumulans ſibi cōgerit impie auara,
Hoc perit omne tibi, nam fuit ante tuum.

IDYLLIVM VII. ἐγκωμιαςικόν.

Ad Ieſum Chriſtum Deum - Hominem, ſalutis humanæ inſtauratorem.

O flos Chriſte Dei : nomen venerabile cunctis.
Spes generis noſtri, Virgine nate Deus,
Chriſte Pater ; cuius pro numine didita conſtant
Omnia, quæ mundi maximus orbis habet.
Te Siren excelſa canat modulamine dulci
Illo, quo ſuperos flectit agitque globos;
Orbibus inſiſtens totidem quot vertitur Æther,
Muſicus ad choreas qua vocat aſtra chorus.
Inſima te tellus auctorem lucis & vmbræ
Concinat, æterno dedita honore tibi.
Elatumque caput trans ardua nubila tollens
Ætherium vero nomine Pana colat.
Oceanumque mare fluxu trepido atque refluxu
Te Dominum liquidi marmoris vſque ſonet.
Ipſe caua Triton teſtudine Nerea cannis,
Nereaque & Neptunum ad tua iura citet.
Tum venti quacunque ſecant ſpatia aëris ampla,
Murmure te celebrem perpetuante ferant.
Siue per vmbroſos tractus ſtreperum incita motent
Brachia ſiluarum frondiferaſque comas:
Siue in arenoſo decertent æquore, pleni
Laude tua in partes quatuor orbis eant.

Fonſq; ſuſurranti per prona volumine labens
Currat, & artificem gurgitis ore vehat.
Quotque ſibi obiectos lapides ſaliendo propellit,
Eliciat melicos tot varietque modos.
Grex auium vernans dum rura per auia cantat,
Gutturis obſequio te quoque ad alta leuet.
In primis te laudet Homo, tua carmine pandens
Munera, nulli vnquam commemoranda ſatis.
Gratus homo, ſandique potens, cui nobile mentis
Ingenium virtus excitat igne tuo.
Nam tu nos patria deſpectas mitis ab arce
Semper, & inflammas ad pia quæque fauens.
Quid nî te nobis ſperemus ſemper amicum,
Nobiſcum dici quum Deus auctor ames?
Quos propter cœli placuit tibi linquere regnum:
Multaq; terrigenæ vix toleranda pati.
Ergo decem menſes defuſum in ſemina Verbi,
Clauſum virginei continuere ſinus.
Et quem non mundi complectitur ambitus ingens,
Corporis es ſtricti viſus habere modum.
Ipſe Deûm genitor, rerum intima origo, fuiſti
Humanæ gentis pars, opus atque tui.
Ætatiſque vices dubias dignatus inire,
Monſtraſti verum facta per alta Deum:
Secula ne porro male perdita lubricus error
Pergeret adductis indupedire plagis.
Altoremque ſuum ſuboles neſciret Adami:
Heu nimis indigno cæca furore diu.
Te ſtupuit partus diuini conſcia mater:
Senſit & attonitum corde micante pecus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Submiſitque caput pronum ceruice repanda,
Adſlatu cupiens te vegetare pio.
Te vaga per notas ſectantes ſidera ſtellas
Videre in ſuperis ſignificante polo,
Atque aſtri ductoris iter lumenque ſecuti,
In terram abiecti percoluere Magi.
Noxia criminibus fœdis tu pectora ſoluis.
Inque ſtatum leto corpora fuſa iubes
Attolli recreata, licet iam mole ſepulchri
Obruta, & immundo ſint carioſa ſitu.
Certa tibi ad numen deducunt ſtamina Parcæ:
Tu veſtire glomis, tu vacuare colos
His potes vt libitum eſt; tabulaſque ex ære rigentes
Edicti molles reddere lege noua.
Tartara tu penetras, Erebique neciſque latebras
Excutis, & cogis luce perire tua
Pallidus expauit galeæ ſub tegmine Pluto:
Preſſa metu tenuit Cerberus ora tria.
Eumenides vultum trepidis texere ceraſtis;
Verbera contortis nec ſonuere flagris.
Ceſſit Auernalis regio te Vindice fracta:
Exoptata pijs manibus orta dies.
Naſci, principium nullum tibi contulit vni:
Attulit exitium nec tibi triſte, mori.
Sed noctis tetricæ pulſa caligine terra,
Ad cœli ſurſum templa, Patremque redis.
Atque ita deterſis abigens contagia terris,
Cuncta ſerenantis lætitiæ imbre rigas.
Tu Rex, tu Dominus: mens tu ſplendorque Parẽtis,
Inque vna trinus ſimplicitate Deus.

Quid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Quid niſi pro cunctis ſacra victima? credat obiſſe
Te quiſquam, quum fons ipſe ſalutis eras?
Huc tamen egit amor: pro ſontibus vltima paſſus
In mala ſic vltro ne raperemur obis.
Sancte Deus, ſuccende tuis mihi pectora flammis:
Ardeat in laudes & mea lingua tuas.
Ardeat, & plectro veluti percuſſa potenti
Intendat reſonas articulata fides.
Perpetuumque melos manet tibi flumine viuo;
Vt fons alternas eiaculatur aquas.
Ecce genu flexo ſupplex tibi ſternor ad aram:
Supplicis adſertor ius animæ vnus habe.
Ne niger ille manu conſerta vindicet illud.
Excubijs ideo peruigil vſque vacat.
Ambitione vaga nos circans, more leonis
Quærit, deſertos quos auido ore voret.
Templa tibi ſtatue mentis præcordia noſtræ:
In quibus vt proprijs ipſe morere volens.
Verba mea adſcendant ſurſim ceu turis odores:
Quæ tu pacata leniter aure trahas.
Arabe pro myrrha lacrymas dent lumina: proque
Aſſyria nardo carmine Muſa litet.
Sis bonus ô felixque tuis. ſic ſecula adorent
Cuncta Redemptorem te, Dominumq́ colant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

IDYLLIVM VIII.
ex Pſalm. XCVIII.
Cantate Domino canticum nouum.

ARte nouum carmen rerum tenuate potenti,
Vos quibus accendit cor pietatis amor.
Nam miranda Deus ſuperis quoque cœtibus egit,
Antiqui excedens omne fauoris opus.
Dextera ſperatam nobis tulit vna ſalutem
Ipſius, emerito nomine ſancta manus.
Vnigenam in terras cœlo demiſit. & inter
Mortales voluit æſtum hiememque pati.
Ille perire tot innocuos quum cerneret, inſtans
Arcuit exitium, nos habuitque ſuos.
Nec paſſus ſæuire trucis nigra ſecla Tyranni,
Impoſuit furijs fræna, Ereboque iugum.
Et nunc regna iacent depreſſa ſatellitis Orci:
Præque dolore fremens cor ſibi Ditis edit.
Præcones verbi cœleſtis ſemina in orbem
Principis edicto diſſeruere Dei:
Gentibus e tenebris errorum in luce locatis,
Poſſent vt rectas Iuſtitiæ ire vias:
Nec moriendo mori, ſed vitæ tendere ad arcem,
Quæ cunctis Chriſti munere plana patet.
Scilicet hoc generi Hebræo promiſerat olim
Quum iugulum Nati diruere enſe pater
Ipſe animoſus erat, cæſumque imponere flammis,
Victima quando aries pro puero apta fuit.
Noluit ingenij oblitus morumque ſuorum
Patribus addictam longius ire diem.

Vide-

Viderunt populi longinquis exteri in oris,
Qua mare circuitu cæruleo ambit humum,
Veniſſe Auxilium ſæclis memorabile ſeris,
Quo noxas hominum morte Deus lueret.
Ergo hunc concordi gentes canite ore per orbem:
Laudibus & cœli tollite ad aſtra pijs.
Barbitos hunc reſonet, celebret lyra, fiſtula cantet,
Tibiaque & clara voce canora tuba.
Æquorei latices vitreo exultate profundo,
Ducentes agili candida feſta pede.
Tum pelagus ſalſis quodcunq; abit abditũ in vndis,
Signa voluptatis prodat aperta ſuæ.
Geſtiat ipſa ſoli ſubſultu dædala tellus,
Et quicquid tacito geſtat alitq; ſinu
Porrigat in lucem, Domini veſtigia adorans:
Dignus honorari eſt omnibus ille modis.
Flumina curua manu plaudant, & murmure rauco
Per loca feſtinis prona ferantur aquis.
Intonſique leuent vmbroſa cacumina montes;
Numen in humana cernere veſte licet.
En Deus ortus homo de ſanguine Dauidis, vni
Præmia pro meritis cuique daturus adeſt.

IDYLLIVM IX.

NOx vigilanda redit: ſibi gaudia quiſque procudat:
Virgo parens hominis facta modo atq; Dei eſt.
Lux inſtat præclara, fugatis ecce tenebris
Relligio purum tollit in orbe iubar.

O v *Numen*

Numen adeſt nobis præſens; datur ora tueri
Principis æterni, quo genito orta ſalus,
Omnibus inſtaurata, pio quicunque fatentes
Ore Redemtorem, corde eum & ore colunt.
Terra Deo referat grates, pro munere tanto:
Priſca ſuperſtitio it trans ſtyga pulſa procul.
Gens humana caput depreſſum attollat in altum:
Aſtrorum Dominus nos ſuper aſtra vocat.

IDYLLIVM X.

In Natalem Domini.

HVc ades exoptata diu, meritoque beata
Nox, qua cœleſtis protulit ora Puer:
Rex Puer, æterno verum de numine numen,
Stemma Redemptoris nobile fronte gerens.
Tu rigidæ mortis vires & ſpicula frangis:
Tu deploratis fers ſacra rebus opem.
Nam genus humanũ quum peſſum a ſtirpe periret,
Reſtituit patriis Rex Puer ille focis.
Ipſius exortu quæ nos turbauit Erinnys,
Pertimefacta retro ceſſit operta petens.
Sic tenebræ cedunt claro ſplendore fugatæ,
Exeruit quoties Sol Pater ora mari.
Sic triplici memorant contuſam ſtrage Chimæram
Iſthmiaca Lyciis auxiliante manu.
O lucis Nox dîa parens, qua gratior vlla
Non fuit, aut poſthac lætior eſſe poteſt.
Qua ſine ſecla meris mœroribus obſita abirent
Vt cineres rapidi vis agit atra Noti.

Qua

Qua ſine nulla queant ſubſiſtere gaudia cuiquam:
Qua ſine Lux cœlo nulla ſerena micet.
Quo mihi nox cultu celebrabere? ſacra quotannis
Noſtra tibi Aonio e fonte Thalia feret.
En pruna in pendente cremo tibi maſcula tura:
Et vini veteris pocula tingo fauis.
Lacq; merum fundens tua prouoco nomina clare,
Virginei admirans acta puerperij.
Tune Deum in cunis vidiſti prima iacentem?
Credo tuos currus extenebraſſe polum,
Et tibi mille faces frontem accendiſſe, per vmbram
Ne qua parte latens ſors tua abiret iners.
Sors erat iſta modis veneranda tibi omnibus, auctor
Luminis elegit te ſibi rite ſuam.
Et voluit ſub te naſci de ſanguine noſtro,
Ceu Vates olim præcinuere pij.
Natus Homo eſt ſimul orta Salus mortalibus, in ſpē
Perfudit cunctis pectora luce noua.
Spem vitæ immortalis, Alaſtor fraude nefanda
Quam ferus euertit ſub corio anguis agens
Inſinuatoris blandi, dum fœmina princeps
Aurem conſutis dat male cauta dolis.
Et me me in primis rapuit mihi. Munere tanto
Nunquid ego obſtrictus degener eſſe queam?
Vno eodemque prius labentur fontis ab ortu
Bagrada Getulus, Teutonicuſque Nicer:
Quam tua non memori myſteria mente reuoluam.
Sed quis ea humano ſperet adire pede?
Si quis ſperat, Athon capiti committere pondus
Audeat, Atlantis vel ſubijſſe vices.

Bomby-

Bombylioque maris concludat in exiguo vndas,
Signorum ignitos enumeretque globos.
Aſt ego ne videar maiora meo ingenio audax
Concipere, hæc paucis ſint modo ſcripta ſatis.
Nam ſatis eſt voluiſſe, Deo placet vna voluntas:
Solaque ad obſequium ſufficere illa valet.
O mihi tam longos liceat tua ferre per annos
Orgia, Natali conſocianda ſacro,
Dum me Vate volent omnes recolenda per oras,
Qua micat exoriens occiduumque iubar.
Audiet illa polus, peploque intexta perenni
Cœtibus ætherijs ſurſum obeunda vehet.
Audiet & tellus, & floribus inſita vernis
Efferet, vt creſcant auctificata ſimul.
Neptunuſq; Pater pelago exultante profundet
Squamigerûm muto commemoranda gregi.
Regia quin Orci quanquam alte abſtruſa receſſit,
Audiet, & furuas diſcere coget aquas.
Interea dum fata ſinunt, felicibus aſtris,
Si Nox præniteas tu mihi, lætus agam
Pace fruens illo, quam præpes ab arce Tonantis
Aliger in terras detulit ore pio,
Et cecinit mira infantis cunabula Verbi.
Cum quo ſunt nobis omnia nata bona.

IANI

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

IANI LERNVTI

IDYLLIORVM SACRORVM

Decas ſecunda.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

IANI LERNVTI
Decas ſecunda.
IDYLLIVM I.
In Domini Natalem.

TEmpus adeſt quo terra poli tulit hoſpita germen:
Ipſi cœleſtes quod ſtupuere ſatum.
Nam quum primigenæ floreret originis exſpers,
Sponte capi voluit temporis orbe breui.
Munere quo mater cenſeri in ſæcula felix
Cuncta poteſt, nomen frugiferentis habens.
Noctis age eximiæ mecum cane Delie feſti:
Sanctior hac nulla emerſit ab amne dies.
In medio annorum percuſſus amoris aſylo
Mirificum cœli conditor egit opus.
Quamuis exitium meruiſſent ſecula noſtra,
Succurrit miſeris pro pietate ſua.
Cum foret offenſus grauiter, meritam exuit iram:
Manſuetæ mentis & fuit vſque tenax.
Pacificatorem nobis demiſit ab alto:
Summus de patrio culmine venit Atlas.
Qui noſtrum portaret onus, rerumq; ruinam
Fulciret vero nomine ſummus Atlas.
Illius ætherios impleuit gloria tractus,
Diditus in terras nec minus iuit honos.
Splendor obumbrauit molem ſimul vndiq; mundi:
Cornuaque e manibus plena decoris eunt.
Lux recti latuit tecta hic caligine ſalua:
Sed quæ mox radios ſparſit in omne caput.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Illius ante oculos generoſum incedit Honeſtum:
Nec fugit e ſpiſſa nube leuare facem.
Ante pedes ſtrata eſt virtutis ſemita veræ.
In patriam cunctis qua duce conſtat iter.
Firmauit greſſus & terram menſus in orbem eſt:
Adſpiciens gentes, eſt miſeratus eas.
Fracti ſubmiſere ſuperba cacumina montes:
Ceruicem colles & poſuere feri.
Namq; æuum illius retro abſtruſum ac ſtabile in ſe
Nulla acie poterant mentis adire catæ.
Exſtinctis facibus dare terga coacta Megæra eſt:
Et Stygij nonies intremuere lacus.
Improbitas nunquid regnabit libera ſemper?
Infrænisque ruet ſic ſine fine furor?
Arcum lunaſti tandem, quo crimina figis:
Et iuuit fidei te memorem eſſe datæ.
Olim cum Patribus ſanxiſti fœdera priſcis:
Mutarunt animum nec tibi ſecla Pater.
Hinc ventura tuæ manſerunt gaudia prolis.
Et ſpes poſt obitum eſt hæc comitata ſitos.
Flumina frænaſti telluris euntia curſim,
Ne ſeſe efferrent lubricitate leui.
Te iuga viderunt montana doloribus ægra:
Tranſiuitque tumens illico gurges aquæ.
Plana ſoli inſolitam rupere e pectore vocem:
Cærula protenſas ſusque tulere manus.
Firmi ſede ſua tibi Sol & Luna ſteterunt:
Plenaque promittunt ſpicula luce tua.
Fulgure flammantis haſtæ rubuit tibi dextra:
Calcaſti Cocytum atque Acheronta fremens.

Egreſ-

Egreſſuſque tua cum prole ſalutifer orbi,
Terrarum immenſas vndique promis opes.
Gratia per Natum mortalibus obuia venit.
Impietas peſſum concidit icta caput.
Fundamenta mali collo tenus eruta reſtant:
Perq; lutum & fluctus vis tui abiuit equi.
Hæc ad feſta pedem Muſæ conferte Sorores:
Eſt hodie intacta de genitrice Deus
Natus homo. Matrem nymphæ celebrate fauentes:
At Phœbus Pueri principis orſa ſonet.
Tollite concordi cunas ſuper æthera cantu,
Quas plaudente choro grex ſuperûm ante tulit.
Dicite tellurem liquido radiaſſe ſereno,
Dum faciem cœli purpurat ore Puer,
Tartaraque incuſſo trepidaſſe timore profunda.
Vltorem dum Dis ad caput eſſe videt.
Nox tua magne Puer tenebras procul exigat omnes,
Humanum in præceps quæ rapuere genus.
Agreſti quanquam iaceas male tectus in antro,
Credimus ætherei te ſubolem eſſe Patris.
Et molem hanc triplicis texti qua cuncta tenentur,
Præſtare ad nutus obſequium omne tuos.
Et quid ni Dominum agnoſcant te ſingula, quando
Condita de nihilo te moderante vigent?
Incipe parue Puer riſu cognoſcere matrem:
Hoc pretium partus dulce piumque ferat.
En te faſciolis inuoluit ſedula mundis:
Et fotum gremio molliter vſque gerit.
Vberaque indulgens ſitienti lactea, pernox
Quam velit hibernum pellere poſſe gelu?

Quod nequit illa, pecus brutum flatu oris anheli
Tollit, & in partem bos aſinuſque iuuant.
Ipſa ſui infantis defixa in corpore pulchro
Hæret, & obtutu non ſatiante ſtupet.
Sume animos pia Virgo; Deus de ſanguine cretus
Alma tuo, labem tollere certus adeſt
Antiquam, quam propter Adami ſera propago
Heu nimium longo tempore ſerua fuit.
Et iacuit fœde depreſſa ſub angue maligo,
Verterat in prædam qui prope cuncta ſuam.
Res monet exultare: micanti lumine ſidus
Imminet anguſtæ tecta ſub ipſa caſæ.
Et trahit Eoos pueri ad cunabula Reges:
Tus, aurum, myrrham, myſtica dona ferunt.
Parte alia Iudæa manus nemorum alta tenentes
Adſunt, & parili numen honore colunt.
Aliger hoc ipſos monuit Vigil actus ab alto:
Et iuſſit Regi voce fauere nouo.
Sume animos mater, te cœli exercitus ambit
Conſonus: in terras lætitiamque ferit.
Vos quoque Pierides fas eſt gaudere puellæ:
Carminis inceptum tende Thalia melos.
Ipſe Dei atque hominis laudes ego quo datur ore
Proſequar. Ille ſalus vnica paxque mea eſt.
Hic pedibus noſtris robur cerui alitis addet:
Rupis in excelſo me ſtatuetque iugo,
Fila lyræ facilem digitis percurrere, quæ Rex
Maximus & Vates preſſerat arte Syra.

IDYL-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

IDYLLIVM II.

In Natalem Domini, ex Pſalm. XCVIII.

REgnaturus adeſt hodie Puer ætheris hæres:
Exultent terræ ſtant vbicunque ſola.
Lætitiaque fremant poſitæ maris inſulæ in alto,
Quas circum reſluis alluit æquor aquis.
Caligante Deum nubes velauit amictu,
Dum tener in cunis & ſine voce iacet:
Dumque metu Herodis Pharias abit exſul in oras,
Pendens maternis paruus ab uberibus.
Aut dum ſublato repetens Syriæ arua Tyranno,
Subditus imperijs iuſſa aliena tulit:
Filius & fabri patrias vulgi ore per vrbes
Fertur, & in tenues cernitur ire lares.
Aſt vbi primæua cœpit florere iuuenta,
Signa ſui populis indubitanda dedit.
Iuſque bilance pari ſemper librauit & æquum,
Mitis pro nata re rigiduſque ſimul.
Ignis eum præceſſit, & impete terruit hoſtes,
Quotquot in aduerſũ mens rapere auſa mala eſt.
Illius in cunctas micuerunt fulgura terras:
Viderunt gentes, & timuere ſibi.
Saxea corda virũm Domini ore liquata fuerunt:
Defluit vt flammis indita cera fo o.
Iuſtitiam ipſius celebrauit cælica pubes:
Præſentem agnouit natio quæque Deum.
Ora pudor confundat ijs, qui ſculptile marmor,
Aut æs cælatum, lignaque picta colunt.

Pro Dis qui ſenſu ſimulacra carentia placant
Sacris, ſeque pios impietate putant.
Quicquid in orbe Dei ſub nomine numen habetur,
Procumbens vni flectat vtrumque genu.
Audijt hæc lætata Sion; Iudæaque Virgo
Gaudia percepit interiore ſinu.
Quod veterum ritus tam clara luce fugatos
Cernat, & errori non ſupereſſe locum:
Quod vetitum magni pateat modo limen Olympi:
Cornua quod Pluto ſub Styge fracta gemat.
Ipſaque mors teli fatalem amiſerit ictum.
Exitijs certum ponere iuſſa modum.
Nam tu flammigeri ſuper ardua culmina mundi
Arbiter excelſus noſtraque noſque regis.
Infra teque premis longe genus omne Deorum,
Audeat vt nemo ſe tibi ferre parem.
Ergo Deum quicunque pie atque ardenter amatis,
Spernite conſtantes triſte ferumque nefas:
Ille ſibi addictos cuſtodit & vſque tuetur:
Liberat hoſtili mancupio ille ſuos.
Vos quibus inceſſit iuſti generoſa cupido,
Vos ſtudio recti cor quibus acre calet,
Lætitias animis præſumite quamlibet auctis:
Iam Domini vobis aura ſecunda fauens
Leniter adſpirat, fideique per inuia vectos
Prouehit in portus, eſt vbi macta quies.
Tollite eum memori ſuper æthera tollite cantu:
Regi ter ſancto ſummus habendus honor.

IDYLLIVM IV. VOTIVVM.

Ad Diuam Aſpricollem.

HÆc ego Virgo tua mitto figenda columna:
Dona mea, & timidas accipe, Virgo, preces.
Sic Pario tibi ſurgat honorum e marmore templũ,
Arboris aëriæ ne pluuia hoſpes agas.
Nam quercus nuper fuerat tibi deuia ſedes:
Effigiem geſſit quæ patula æde tuam.
Luxurianſque noua foliorum fertilis vmbra
Sub Ioue gauiſa eſt Virginis eſſe domus.
Mente pia Veſper te ſic veneretur & ortus,
Inque tuis ponat tura cremanda focis.
Te miſeris facilem eſſe canunt: nec voce modo alti
Carminis, ingenuo ſed magis ore capi.
Sæpe tibi e calatho poſuit vernacula poma
Ruſticus, & florum ſerta gerenda dedit.
Silueſtremque rudi modulatus arundine Muſam
Paſtor, opes inopes, mel tibi lacque tulit.
Emeruitque tuum ſincera fronte fauorem:
Expers nam fuci cor niueumque probas.
Sæpe vel ad minimos vigil aure intenta ſuſurros
Præſentem puero candida promis opem.
Decrepitique ſenis non auerſata precatus
Ætatis querulæ damna ſubinde leuas.
Non ego nunc, Regina, morer tua limina adire:
Et coram affatu te celebrare pio.
Inque tuum genibus nixus ſubrepere collem:
Et dare glandiferis oſcula roboribus:

Si vitæ neret Lacheſis mihi libera fila:
Si ſors aduerſum me minus aſpra foret.
Publica ſors, poſtquam bellorum nube recenti
Flandria quam lata eſt rurſus operta iacet:
Et ſimul ipſe premor parili prope merſus in æſtu,
Quem mouet infandis perdita Sluſa modis.
Quod poſſum noſtro Dominam te ex orbe ſaluto:
Et tota adſtrictum me tibi mente dico.
Quamlibet abſentis tu ſuſcipe vota libenter:
Et Vatem dici me patiare tuum.
Te ſuperûm Rector certa ſibi lege iugauit,
Poſſet Homo vt naſci te genitrice Deus.
Nomen, Diua, tuum lato ſic nobile in orbe
Luce ſua terras irrigat atque mare.
Quin ipſa impleuit conuexa nitentis Olympi:
Cogitur & Phœbi te minor ire ſoror.
Sideribus redimita caput incedis honeſtum,
Vnica cæleſti nupta reperta toro.
Ecce Ariadnæo de vertice fulua corona
Auſtrinæ liquit ſubdita regna plagæ.
Hanc tulit ætheria deſcendens Natus ab arce,
Cum generis noſtri crimina morte luit.
Impoſuitque tibi gemmis auroque micantem:
Et dedit Erigones nomina ferre Deæ.
Ipſe ſuas etiam tecum communicat aras:
Alloquium afflictis & iubet eſſe reis.
Te, Dea, te Stygij pallens tremit aula Tyranni:
Atque implexa comas angue Megæra fero.
Dextera in infeſtum nobis tua militat hoſtem:
Auxilioque calet ſemper adeſſe probis.

Hinc

Hinc cæli quamuis iam cœtibus inſita regnes:
Delicyſque beata omnibus aucta ſuas,
Telluri dignaris amicum aduertere vultum:
Inque bonis tantis cernere noſtra mala.
Nam lacrymis edocta tuis ſuccurrere flenti,
Et mœſtis lætam prodere pergis opem.
Nemo tuum numen pulſauit ſupplice queſtu,
Quin conſolantis ſenſerit ille manum.
Spes populis ideo ſpectaris ita omnibus vna:
Per noctem vt fulget ſtella tumente mari.
Qua Duce iactati properant ad litora nautæ,
Triſte laborantes naufragium fugere.
Ordo patrocinium tuum & ætas expetit omnis:
Te prece vterque pari diues egenſque colit.
Fluxa labaſcentis fortunæ munera firmas:
Deſtituant noſtros ne cito lapſa ſinus.
Commoda quæque vſus vitæ ſibi poſtulat huius,
Aggeris, aut per vim, vel dolo abacta refers.
Te paritura puella vocat nixu anxia in ipſo:
Et memori grates pectore mater agit.
Te vocat extremos tendens mercator ad Indos,
Siue procelloſum per mare ſulcat iter:
Seu pedes in triuio ſiluarum nocte vagatur;
Et timet hirſutas in ſua membra feras,
Flumina cui ſoli trepido ſuperanda natatu,
Montis inacceſſi vel iuga, amicta niue,
Æterna niue, flammatum licet igneus arcum
Ipſe vaporifera tendat Apollo manu:
Numine, Nympha, tuo tutus dubia æquora tranſit,
Fluminaque & montes, luſtraque trita feris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Siue aliquem prædatrices cœpere cateruæ,
Tinguere & inſontis ſanguine teſqua parant,
Tu præſens tutamen ei: te vindice fretus
Incolumis ſperat poſſe redire domum.
Nec ſperat tantum; diſcrimine liber, ad aras
Virgo tuas, gaudet ſoluere vota ſua.
Compede crura graui vinctus gemit alter, in atris
Solantem tenebris te ſibi adeſſe videt;
Et videt, & geſtit, geſtans præcordia onuſta
Luce voluptatis præſidijque tui.
Siue quis affixus lecto per mille dolores
Æger agens, leti nil niſi tela manet,
Ceſſit vbi Chiron exſpes, ceſſitque Melampus,
Nec iuuat e Marſis herba reuulſa iugis,
Te curante redit ſanatæ ad præmia vitæ,
Quodque ars nulla poteſt, vis tua Virgo facit.
Ambulat, & ſubito vegetum mirantur amici,
Quem modo viderunt loripidem ire pigrum.
Mancus erat, ſupplexque tuam Dea viſit ad ædẽ,
Omnibus articulis mox ſolidatus abit.
Indocilis fandi, ſurduſque eget vnus vtroque
Senſu, iam ſenſu pollet vtroque vigens.
Eſt quem tartarij fax torret Alaſtoris: illi
Hoſte procul pulſo das dominum eſſe ſui:
Febre iacens alius male querquera verba ſerebat.
Corporis abceſſit te miſerante calor.
Peſtilitate aliquis ſenſit vitalia aduri,
Teque popoſcit opem: nec mora, ſenſit opem
Ipſe cateruatim efferri tot funera vidi
Pontica ferali dum ſola labe pauent:

Vota-

Votaque concepi ſoluenda tibi hac ita lege,
Si fera non iſſet ſub mea tecta lues.
Vota animum tetigere tuum. redit annus in orbem,
Et nemo in noſtro non lare ſoſpes agit.
Denſa tamen patrios implet mihi turba penates,
Exitiumque ſtetit circiter vſque minax.
Interea periere viri, periere puellæ,
Et pueri conſors cum ſene obiuit anus.
Spicula mors ſparſit partes letalia in omnes;
Intima pullatis & loca preſſit equis.
Vita mihi grauibus profluxit libera curis,
Nullius obiectu debilitata mali.
Hoc modo teſtatum cupio per carmina cunctis;
Fonte tuo euenit ſic mihi firma quies.
Proxima poſt Chriſtum Virgo fiducia nobis,
Certaque in incerto tu Cynoſura mari es.
Audit, & admittit placide ſectarius iſta?
Excipit an ſannis, & putat eſſe iocum?
Abnuat, indulgens quantumuis naribus vncis.
Credam ideo recte me pietatis agi?
Non ego tam fragilis: nec ſic alienor ab illis,
Aurea qui vitæ verba perennis habent.
Quis magnæ matri non detque diceteq; Minerual?
Nonne poli felix illa feneſtra fuit?
Cuius de clathris lumen manauit in orbem
Errorum pepulit quod procul omne genus?
Sera velit nolit tam claram Noctua lucem
Cogitur intentis cernere luminibus.
Quam Deus hoc ſæclo Sichemenſi accendit in ora
In decus ipſe ſuum, Virginis inque decus.

P v Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Et propter tot ſigna, die quæ quolibet edit
  Matris honoratæ per merita atque preces.
Cum ſerpente videt, qui ſerpens eſt caput illi
  Calcari preſſim ſe muliebre ſolo.
Namque Dei ac Matris quanto contentius audet
  Impius eximium ſuppeditare decus,
Tanto illud Genitor rerum inuiolata poteſtas,
  Altius attollit, magnificat que magis.
Fruſtra eſt qui Solis diuertere ſpicula ſperat,
  Ne læta terras & freta luce ſerant.
Vult Deus & nudo & ſudo procedere vultu
  Perque atras nubes, pectora craſſa quibus
Obſita hebent iſtis depreſſum adſurgere verum:
  Prodit inardeſcens ceu pelago alba dies.
Cætera quid memorem? Natus tibi deſinit iræ,
  Ex alta fulmen quum quatit arce Tonans.
Ipſe ſupercilium te conciliante remittit
  Fronte vbi flammata ventilat arma Pater.
Ergo tuo terræ quando orbis ita omnis in ære eſt,
  Quum numen celebrent vir mulierque tuum:
Me quoque Virgo tibi deuotum perge tueri,
  Ne mala turbatrix fors inopina ferat.
Erige ciuilis belli pœne obrutum in vndis;
  Vrget tempeſtas hoc decumana caput. (pim,
Per magis æquor agant placidũ mihi flamina pup-
  Portu vt in optato carbaſa ſparſa legam.
Fac Dea concordi miteſcant ſæcula pace:
  Inque feros Turcas Mars procul exſul eat.

IDYL-

IDYLLIVM IV.

Ad Giſb. Bultelium Clytium Equitem In Domini Natalem.

EN redit alma dies partu memorabilis illo,
Qui toties priſcis feſta reduxit auis.
Quum tellus Iudæa Deum de Virgine natum
Vidit, & in plauſus cælicolum iſſe choros.
Tunc mortale genus cœpit ſpirare renatum:
Peruiaque ad ſuperos eſt reſerata via.
Inferni ruptis luxerunt cornibus amnes:
Et calcanda Charon ſub pede colla dedit.
Dicamus bona verba. Salus nam prodita mũdo eſt.
Numine ſic genito candidus annus erit.
Templa poli rutilis ſplendeſcant æmula flammis,
Lætitiæque index vox ſuper aſtra volet.
Spargat inexhauſtos paſſim pia dextera odores:
Turaque ſuccenſis ingerat apta focis.
Ipſe Puer matri Reginæ brachia tendens,
Pendeat adſuctis pulcher ab uberibus.
Illius in nitidos plectantur ſerta capillos:
Et tingant dulces labra puſilla faui.
Votaque pollenti nutu tua Clyte ſecundet:
Nam te commoditas publica ſola capit.
Suſpicor: ingenuæ optabis virtutis honores.
Iam reor hos numen ſponte fauere tibi.
Nec magis affectes vaſtum quæcunque per æquor
Portat ab aduerſo claſſis Ibera ſolo.

Vel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Vel ſi quid mercis raræ Sinenſium ab oris
Mittitur, aut Ormus Vrbs opulenta tenet.
Iuſta precor. Bellis iam quadrageſima nobis
Ardet hiems, bellis Belgica preſſa perit.
Res vtinam fractæ redeant in priſtina tandem:
Et Morino cedat Martius orbe furor.
Imbue luce tua præcordia noſtra Redemtor:
Ferrea tu verbo vertere ſæcla potes.
Hæc tibi Clyte dies ibit lætiſſima, quum pax
Conſtantem figet Flandra per arua pedem.
Diſcidiiſque procul pulſis, mente vnanimi omnes
Natalem æterni rite colemus Heri.

IDYLLIVM V.

In Natalem Redemtoris.

TV, quæ cyaneo late tegis omnia peplo:
Tectaque perſpicuis mille vides oculis
Nox ſacra, nox felix, magnum nox feſta per orbẽ:
Cui ſe nulla dies æquiparare queat:
Iunge boues adfræna citos, & præpete curru
Ignea in antiquum ſidera coge gregem.
Qualia fulſerunt radianti ardore coruſca:
Progenies patrio eſt quum noua miſſa polo.
Ductor eis præeat exultim Luna bicornis,
Candidior roſeo quam ſolet ore micans.
Exſerat & totum quantum capit integra fratrem:
In vultu maculis nec ſinat eſſe locum.
En vigiles Horæ apparent tibi complice nexu:
Accelerantque ſuas in tua iura rotas.

Heſpe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Heſperus Oceano ſurgens tibi lumina tollit
Clarior Idaliæ fomite factus Heræ.
Plëiades Hyadeſque choros meditantur ouantes;
Aureus Arctophylax plauſtra quoq; aurea agēs
Miratur ſimili ſplendeſcere in aere iuuencos:
Ipſaque ſublati poſt fera fata Patris
Erigone viſa eſt miſſo exhilareſcere luctu
Tunc primum, & lacrymis impoſuiſſe modum.
Orionque latus populis oſtendit inerme,
Gauiſus vacuam robore ferre manum.
Quid moror? alta Deûm regio tibi plaudit ab omni:
Templaque diffundit picta decore nouo.
Natura in varias cor diuidit anxia partes;
Et ſtupet euentus quos Dea magna vehis.
Conſcia namq; ſacri partus, tot gaudia in vmbris
Tu miranda tuis nataque notaque habes.
Auroram gremio princeps expandis aperto
Illam, quæ lucis commoda cuncta tulit.
Tu princeps matrem vidiſti virginem: & ora
Cæleſtis Pueri: nec minus aure melos
Hauſiſti angelicum; inſolitis dum cantibus æther
Perſonat; & pariter rus ſtrepit atque nemus.
Dumq; infans charæ altricis complexibus hæret
Sugens purpureis vbera preſſa labris.
Innectitque manus collo, ſimul oſcula libans
Ambroſiæ rores ſpirat ab ore meros.
Dum ſupplex quem progenuit pia mater adorat,
Gnara hominem & verum ſe peperiſſe Deum.
Clara in luce tibi patuerunt abdita Olympi,
Quæ magni magno cernere poſſe velint.

Nam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Nam nitor ex alto veniens caliginem abegit,
Illuſtrans humilis fumea texta caſæ:
Atque omnem circa ſic lumine veſtijt oram,
Auctor candoris Sol velut ipſe diem
Funderet, e gremio formoſæ Doridos ortus
Quum ſolet abluto crine micare rubens.
Cælicolûmque leues thyaſi placido agmine facto
Poſtquam ſidereos incinuere modos
Ad Pueri cunas agili plauſere chorea:
Obſequium nato præſtiteruntque Deo.
Mox prono ore Dei matrem ſaluere iubentes
Illi addixerunt omne quoque obſequium.
Non pelagus tenuere Noti, non aëra nubes:
Pax cælo & terræ, pax fuit alta mari.
Ditis in obſcuro lætati carcere manes
Otia ſepoſito feſta obiere metu.
Eximie Vates ſacri ventura locuti,
Quorum dicta ratam iam meruere fidem:
Porro animi pulſo mœrore, bonam ilicet in ſpem
Arrecti recto ſubſiſtere ſtatu:
Vindicis aduentu certi prope tempus adeſſe
Quo peſſum infernæ res Acherontis eant.
Aſtrorum genitrix, nox terque quaterque beata,
Senſim augenda dies cui modo læta ſubit,
Sors vnde iſta tibi fato tam proſpera fluxit,
Præcipue tantis vt fruerere bonis?
Greſſum te credo fixiſſe in cardine firmum,
Noſſes vt terræ quis nouus iret honos;
Quum tuguri vilis voluit ſub tegmine Numen
Naſci, atque humanas ferre patique vices.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Tu genibus flexis vidiſti aſinumque bouemque
Ante pedes Domini procubuiſſe ſolo.
Paſtorumque manum monitis cœleſtibus actam
Munera hero infanti vota tuliſſe ſua.
Perſidis eque domo ſtella duce tendere Reges
Ad loca non notæ relligioſa plagæ:
Donec permenſis diuerſi tractibus orbis
Venere optatos Bethlemij vſque lares.
Hicque illa iam ſtante, magar ſubiiſſe puſillum,
Et poſito in ſtipulis dona dediſſe poto.
Nox iter incœptum lento decurre meatu:
Commodior nunquam lætitiæ hora data eſt.
Dum præſcripta tibi pertendis ad vltima calcis;
Nos Domino laudes te præeunte damus,
Addimus & grates. quales ſinit arcta facultas
Pectoris infirmi: Tu Dea lumen idem
Sæpe refer nobis. ſollennius alta canentur
Orgia, tuque decus Nox habitura tuum es.

IDYLLIVM VI.

In Natiuitatem Dominicam.

ANnua virginei redierunt tempora partus:
Inchoet auſpicio tali agile annus iter
Altior adſurgens. Circoque priore potitus
Diffundat lumen liberiore rota.
Heu quam præcipiti vertigine Sol diem ebibat:
Senſim exſtincta fere fax Phaethontis erat.
Lux oritur terris iterato ſplendida vultu:
Et velut e cunis tollit inerme caput.

Emer-

Emergitque nouo lætans infantia mundo,
Dum lauat Heſperia ſe Capricornus aqua;
Ecce iterum arcano ſaliunt mihi pectora motu:
Ambiguiſque modis mens agitata natat.
Eloquar, an ſileam cœli myſteria vates:
Hinc amor in vaſtum me iubet ire mare,
Felicem Pueri mediter quo gentibus ortum:
Hinc pudor audentem reprimit, & temere
Ne quicquam moueam ſeries monet ardua rerum:
Hinc, operi tanto non ſatis aptus ego
Sim licet, ingredior. Superum fauor eriget ægras
Ingenij vires, & mihi verba feret.
Exſequar antiquæ breuiter primordia labis:
Me miſerum quoties cor ſubit illa meum.
Tunc patrij nobis obſtructum eſt limen Olympi:
Tunc contra diræ mortis aperta via eſt.
Sed pelago cymbam credamus fune ſoluto.
In noctem aſpirans nos leuis aura vocat,
Inuidiæ poſtquam violento percitus æſtu
Primores ſerpens in ſcelus egit auos,
Et ſimul infecit ſeros a ſtirpe nepotes,
Inſons qui poſſet viuere nemo fuit.
Deuius in tenebras error ſimul abſtulit omnes:
Mancupe ſub ſæuo proh dolor vſque graues.
Pertulimus noxæ pœnas Dea mitis, & æqui
Sancta ſoror, nullas ſpernere ſueta preces.
Terrigenûm miſerata vices, commota per iram
Flectere tentauit pectora ſæpe Dei;
Tentauit, fruſtra. Nam fœdam eſt paſſa repulſam,
Non tamen infracta eſt, deſeruitque forum:

Iudice

Iudice quin ipſo coram ſub numine partes
Fortiter in noſtras perſtitit, ac veteris
Rex memor offenſæ, rigido mæſtam expulit ore,
Et clauſum pactis his tenuit Puteal.
Humanæque nigrum præfixit theta ſaluti:
Prodidit auſteras perpetuo vrna notas.
Sed longis tandem ceſſit Patris ira querellis,
Et cauſſæ viſum eſt explicuiße ſtrophas.
Ipſe tribunali reſidens ſublimis in alto,
Ad verba orantis ſe vigili aure dedit.
Huic trutinæ æquali virgo ſtetit æqua bilance,
Hinc quæ clementi nomine gaudet Hera.
Quæ ſimulac ſupplex rerum venerata potentem,
Submiſitque caput congemuitque manu,
Lumina detergens lachrymantia pollice preßo,
Talibus occepit dißerere orſa modis.
O Genitor, cui conuexi domus ardua paret:
Qui nutu terras oceanumque regis.
Perdius in leges cuius Sol voluitur ardens:
Frigoraque in leges Cynthia cuius agit
Pernox, rorifluis tenuans ſpiſſum aëra bigis:
Ditis & vmbrarum quem penetrale tremit.
Difficilis fateor, & magni plena laboris,
Eſt ratio tecum diſcutienda mihi.
Iure tumet tibi pectus, auari gutturis ergo
Sic edicta homines poſt habuere tua.
Non veriti vetitis veſci: meruere profecto
Hoſtis in inſidias præcipitare trucis.
Nemo negat, nemo, nam nexos ſoluere velle,
Eſt velle imperij ſoluere iura tui.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Sed pius interiora mouet mihi viſcera feruor,
Vt deploratis qua licet, adferam opem.
Sume manu momen, iam libræ examine iuſto
Verget in hanc partem lanx miſerata tuos.
Sint quales modo cumque, tui tamen ante fuerunt,
Et poſcunt priſcum ſi patiare decus
Rurſus adire tui: pro magno crimine namque
Supplicium haud magnum ſat ſolet eſſe patri.
Hæc tibi mens vtinam placeat, res mollius iret
Humana, atque anguis ius minus acre foret.
Quis ferus vſque adeo, quis ferreus, adſpicere vltra
Qui poſſet ſiccis aſpera tanta genis?
In lacrymas oculos Phorcys quoq; dura relaxet,
Aut ſiquid monſtro eſt ſæuius hoc aliud.
Gentilis medio iactatur in æquore cymba:
Nec portum quo ſe naufraga ſeruet habet.
Iam populis exhauſta fatiſcunt lumina fletu,
Vix ſpes in magnis eſt ſuper vlla malis.
Cauſaque plorantum tacito ſuſpenſa Senatu,
Neminis inuenit mite patrocinium.
Tendit in occaſus rerum pulcherrimus ordo:
Nec procul exitio eſt hæc poſitura triplex.
Incolimus cœlum tot iam labentibus annis,
Et ſoli ſuccos ducimus ambroſios.
Functa pie vita mens nulla poli attigit ignes,
Quamuis ſplenderet candida luce niuis.
Inuaſit ſine reſpectu meliora profanus
Quæque Charon, atri ſtipet vt antra Iouis.
Et modo differta vectat tot millia puppe,
Improbus, Eumenidum ſollicitante manu.

Quo

Quo minus emerear patrij rata ſigna fauoris,
Lex hominum primis contemerata vetat.
At ſcelus hoc facinuſque, piauit pœna vetuſta:
Vindictæ nimius ne dare vela velis.
Fronte bonus placida potius res adſpice fractas:
Concidat offenſi pectoris ira flagrans.
Poſtuma quid ſoboles potuit committere tantum;
Vt ſtabili peſſum quo pede cœpit eat?
Cur veluti pleno de fonte volubilis vſque
Noxia prolapſu continuante fluit?
Poſt genitoſque noua nunquam non clade cruentans
Alterius cogit criminis eſſe reos?
Ergo homine abiecto dederas cui principis inſtar,
Mors immortali falce tyranna cluet?
Et Coluber fallax animo iactante ſuperbiens
Fœdera pacta tibi ſe ſoluiſſe feret?
Crudelique aſtu ſemper graſſabitur exlex:
Nec qui conpeſcat indomitum vllus erit?
Audebitque palam voces erumpere tales:
Vicimus, & forti preſſimus ora lupo
Illius, obſequium cui me præſtare Creator
Iuſſerat, ad ſeclas ſubdideratque meos:
Vicimus, ecce iacet domini cœleſtis imago;
Ad quam formandum tres coiſſe canunt:
Ille potens alta ſupremus in arce gubernet
Sidera, mundi huius Rex ego ſummus ero.
Sceptraque certa geram cœlo liuente, ſuperſtes
Propago fuerit donec Adamigena.
Ipſe ſuas leges aut deſinat auctor amare:
Et decreta ſemel facta Deus reuocet:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Aut decus inuitis ſuperis nomenque tenebo,
Calliditas peperit quod mihi rite mea.
Ipſius vt libuit tollat fabrica orbis honorem:
Nec ſit qui Diuûm grandius edat opus.
Sors euerſa hominum per me durabit in æuum,
Indolis ingenium teſtificata vafræ.
Nunquam erit vt tanti caſtiges ſibila faſtus:
Veſanumque ſines perpetuare nefas?
Eſto: progenies veteris deliquerit Euæ:
Dignaque in exemplum dura ſit vſque pati.
Laudis at iſtius tibi præmia debita ſoli,
Concedes nulli ſurripienda tamen.
Propoſitique tenax manuum figmenta tuarum
Non patiere premi ſemper ab hoſte fero.
His adiunge, vacans quod cœli regia, ciues
In ſupplementum quærit habere nouos.
Sit mea cura, legam promtos ad iuſſa Quirites
Qui te concelebrent Regẽ hominũ atq; Deûm.
Et tua ſacra ferent latum vulganda per orbem,
Qua circunfuſis hunc mare cingit aquis.
Spectabis, Genitor, pro te violenta paratos
Quæque pati, & macto corde animoque tuos.
Non flammam aut ferrum metuent, morſuſq; ferarum,
Interitæ ſpernent tela quoque ipſa necis.
Quid moror? exſurget toto gens aurea mundo:
Infandique cadet vis ſuperata Plani.
Et qui nunc regnum populos exercet in omnes,
Trans Acheronta fugax teſca Erebi ima petet.
Queſtibus o tandem Princeps inflectere noſtris,
Ante opera omnia erit, hoc pietatis opus.

Dixe-

Dixerat. Æterno placuit ſententia Regi:
Verbigenam miſit terrea adire ſola.
Ille Patri parens, cœlo delapſus ab alto,
Corporis adſumti cortice factus Homo eſt,
Et Deus. integra de virgine naſcitur infans,
Qui verbo quidquid ſuſpicis omne creat.
Sancte ſequeſter aue; tibi ſoluimus ora fauentes:
Sancte, velis noſtro dexter adeſſe gregi.
Namque gregi noſtro tecum ſpes nata ſalutis:
Eque tuis cunis eſt verus ortus honor.
Lux tua, Chriſte puer, tenebras e mentibus atras
Auferat, & culpis corda grauata leuet.
Accendatque diem nobis ſine nube malorum,
Turbida dum vitæ nos freta cæca vehunt.
Vt tandem poſt fata Deorum in templa receptis
Omnia tranquillæ plena quietis eant.
Vtque ego mortali qui te nunc carmine laudo;
Tunc immortali bis genitum ore canam.

IDYLLIVM VII.

In feſto Dominicæ Natiuitatis.

TEmpla frequentemus ſollenni more: recurrunt
Annua natalis feſta, obeunda pys.
Virgineumque nouo tollamus carmine partum,
Qui de Patre Deus, de genetrice Puer.
Lac modo in amplexu matris bibit ore tenello:
Diſcit & hibernum ſub Ioue ferre gelu.
Nam caſa natus vbi eſt, rudibus temere apta tigillis
Admiſit rigidas venti hiemiſque minas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Nec minus & voces admiſit ab æthere miſſas
Angelicus Puero dum canit orſa chorus.
Paſtorumque modos, quos indocili arte ſerebant
Cũ Doryla hinc Thyrſis, cũ Lycida inde Micõ.
Treſq; magi Æthiopes cœli aſtrum inſigne ſecuti
Quod dubijs clara dux fuit vſque face.
Donec ad agreſtis ſuſpenſum culmina villæ
Deſuper, immoto ſidere fixit iter:
Et conuexa micans candente per ardua vultu
Terrarum oſtendit quæ Domini aula foret.
Exile intrarunt poſito diademate limen:
Et vota infanti dona tulere tria.
Myſtica dona: Deo tus, aurum ſceptra tenenti:
Myrrham homini, tumulũ qui ſubiturus erat.
Nos parili cultu meritum illi demus honorem:
Facti immortales nam ſumus huius ope.
Qua leti vires deletæ, enectaque nox eſt:
Qua datur ad ſuperos ſcandere ſtrata via.
Hic priſcam generis labem ſacer abluit Agnus,
Vellera purpureo ſanguine tincta gerens.
Hic Iuda de ſtirpe Leo fracturus Auernum
Anguis Tartarei ſub pede colla terit.
Inque metus trepidos adigit pallentia regna:
Cocitus gelido Styxque pauore coit.
Fautor adeſt cunctis, mens eſt quibus indole recta:
Quos videt ingenuos moribus auctor adeſt.
Vatibus in primis gaudet, qui pectore caſto
Et memori laudes ipſius ore canunt.
Anchora fida ſpei noſtræ, per turbida rerum
Tot freta, dici vnus vnicus ille poteſt.

Ille

Ille celox fidei nobis erroris adulti
Fluctibus ereptos in loca tuta vehit,
Tramite decurrens certo, indignantibus Auſtris
Qui vaga in incertum vela ſubinde ferunt.
Iure poteſt iuſto dici magnum mare amoris:
In nos effudit ſe ſimul atque ſua.
Sol mundi vero dicatur nomine, mentes
Purgat, & illuſtri lumine corda rigans
Efficit vt verum cernamus nube remota,
Cernere quod magni non potuere ſophi.
Dicatur terræ Sol. putreſcentia tergens
Pectora, viuifico terſa vigore tenet.
Pax animis tranquilla fluit fonte excita ab illo:
Felices apicem qui meruere boni.
Quum reputo ærumnas vltro quot adiuerit, & quas
Nos propter tulerit nocte dieque cruces,
Ilicet, exercent quæ cor mala, pulſa faceſſunt,
Æolyſque volant diripienda notis.
Laude ſacra plenum calicem mihi porrige Clio,
In quo mergatur quicquid amarities
Subijcere ægra ſolet. Cur me præſentia tangant
Preſſius, aut angant? quæ pretioſa rudis
Plebs amat & proceres mirãtur, ea omnia nil ſunt:
Aut aliquid ſi ſunt, ceu leue flumen eunt,
Prætereuntque, cito fortunæ impulſa fragore.
Cœleſtis potius nos patriæ ardor agat.
Illic æterno manat liquida amne voluptas
Omnibus, & conſtans ſors ſua cuique manet.
Hãc hominum ob noxas clauſam, Puer iſte recluſit,
Quem venerans memori quo datur ore colo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Et licet abiectum vili ſinu in orbis adoro.
Ille velit cordi dexter ineſſe meo.
Ac faciles ſpirare ſuo mihi numine Muſas,
Quo ſit fas hominem rite Deum canere.
Puſio noſter aue, tu Virgo puerpera ſalue.
Me iuuet in veſta perpetuum eſſe fide.

IDYLLIVM VIII, ſiue Pſalm. CXLVIII. verſu elego expreſſus.

Laudate Dominum de cœlis.

EX alto laudate Deum ſatæ in æthere mentes,
Templa quibus mundi celſa habitare datũ.
In ſuperis illum celebrate perenniter oris,
Qui ſolium in ſummis trinus & vnus habet.
Vos illum celebrate pares ætate miniſtri,
Quos ſibi legatos ad latus eſſe iubet.
Voſque poteſtates Domini virtute valentes,
Vnanimi veſtrum munus obite choro.
Sol & Luna Deum per cærula laudibus efferant,
Dum regit hæc noctem, dum vehit ille diem.
Curriculumque ſtata præſcriptum lege peragrant,
Tempora ſignantes certa agili vſque rota.
Stellæ, fulgentes campis roſei axis in auro,
Sublimi æternum Nomen honore colant.
Lumen id omne canat, quodcunque tuore ſereno,
Et liquido igne, poli pulchra theatra rigat.
Coniungant cantus ſuperi orbes orbibus actis
Aſtrorum ad cantus ſubſiliente globo.

Lym-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Lymphaque nubiuagis ſuſpenſa ſuperbiter vrnis
Aëris in pelago, laude Dei madeat.
Et ſata deciduis fœcundans imbribus arua,
Arua quoque ad ſtudium par ſegeteſque vocet.
Quæ leuiter motæ Zephyro crepitante, ſuſurrent
Leniter, & Dominum qua licet arte canant.
Cuncta repertorem celebrent, quæcunque videntur.
Et quæ nos oculis non adeunda latent:
Illa Pater nutu ſimul ac ſemel ipſe creauit:
Et iuſſit ſtabilem perpetuare gradum.
Neue vetuſtatis morſu vitiata labaſcant,
Suſtinet impoſita conditor ipſe manu.
In terris laudate Deum per ſaxa Dracones
Abdita lucifugæ, ſpumigero ore truces.
E Ponti latebris immania corpora Cete,
Tollite cœleſtem laude Tridentiferum.
Flamma vorax rerũ: vis grandinis aſpera nimbis:
Atque hiemis comites nix glacieſque duæ:
Aeolidûmque ferox tempeſtas incita flabris,
Magni mandatis obſequioſa Dei:
Nubibus irriguis cincti capita ardua montes;
Et preſſi colles dorſa minore iugo:
Arboreæ ſtirpes, rigidoque cacumine cedri.
Seu vos ſilueſcens, nec ſata portat humus:
Seu nemus agricolis poſitum, per conſita tempe
Rureſtri docuit ponere falce tomas:
Mite genus pecudum : ſæclum non mite ferarum:
Et quod ſerpendo reptile ſulcat iter:
Alatæ volucres. quas mobilis eleuat aura
Dum libet in campos exſpatiando vehi:

Reges, atque orbis tractantes fræna Dynaſtæ:
Quæque ſuæ ſpontis natio libera agit:
Vos quoque decretis quorum plebecula paret,
Qui ius excelſa dicitis e cathedra:
Vos ſeries iuuenum florens; pueri atque puellæ:
Vos quibus eſt vitæ iam prope meta ſenes:
Omnipotentis Heri nomen celebrate volentes,
Illius vſque recens magnificetur honos.
Cultus honos ſemper cunctis, ſine fine colendus
Eſt enim, in immenſum gloria cuius abit.
Eximie ergo ſator Diuûmque hominumq; vocetur,
Aurea qua terras lux obit orbe leui.
Huic gens Chriſtiadum in primis pia cãtica dictet;
Et laudes grateſque aduenerant er agens,
Deuoueat ſeſe penito de pectore totam:
Namque prior noſtri incenſus amore, Puer
Vagijt in terris infans, mox ore diſerto
Quæ ſectanda bonis, quæ fugienda forent
Iam iuuenis populos docuit, plebemque patreſque:
Errorumque plicas ſæcula priſca quibus
Irretita diu fuerant, ita diſpulit acri
Indole mentis, Eos ceu noua mane iubar
Quum leuat, obſcura nebulas de nocte coactas
Pellit, & admiſſis aëra tergit equis.
Mirificiſque operum ſignis damnauit iniquos.
Et domuit, nulli viſa hominum ante patrans.
Poſt que ſalutaris tot ſparſa oracula verbi,
Obtulit ad luctam mortis inerme caput.
Suffixuſque trabi, quo crimina noſtra piaret,
Sanguinis occubuit prodigus ipſe ſui.

Regna-

Regnaque tartareo euertit poſſeſſa Tyranno:
Et fregit diræ vim moriendo necis. (nat?
An quiſquam his meritis vſquã eſt qui digna repe-
Nemo eſt, nemo: mihi nec ſatis oris opus (neruis.
Tam magnum, imo ingens, humilis citharæ hiſcere
Cantet in æthereo hoc quæ poſita orbe lyra eſt.
Aligeræ potius mentes ſuper æthera cantent:
Laudibus his cœli totius aula vacet.

IDYLLIVM IX.

In Natalem Redemtoris.

EXultat tellus, & cantibus inſonat æther:
Candidaque inſueto ſtella liquore micans
Sidera concitiat, quæ neſcia fœderis ante
Ibant aduerſis irrequieta vijs.
Fluctibus elatis pelagi vnda reciprocat æſtus:
Et feriunt montes vertice templa poli.
Naſcentem excipiunt plauſu te ſingula Princeps,
Qui Deus vt ſerues perdita factus homo es.

IDYLLIVM X.

In Natalem Redemtoris.

NOx candore micans Numinis illius
Quod nunc e ſuperis ſedibus aduena
Phœbeis radijs te iubet æmulum
Ipſum vincere Boſphorum.
Nox illuſtre caput mox Erebo leua:
Spiſſas iam nimium lenta trahis moras;
Stellarum e pelago proſiliunt greges
Viſuri mera gaudia.

Lumen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Lumen pande nouum Nox ſacra gentibus,
Nam ceu ver roſeum Puſio vbi tuus
Affulſit, tenebræ curriculo auolant,
Et cœlum nitet auctius.
Vt tellus, rapido quam Canis aſtriger
Latrauit calidi ſideris impete:
Excoctamque diu non patitur ſinu
Fœcundam eſſe, velut ſolet.
Imbres nubigenas poſcit ab æthere
Largos, rorifluos, quo recreet ſata,
Sic deſiderijs acta flagrantibus
Quærit noſtra fides Deum:
Infantem tenerum quem peperit modo
Mater Virgo, cauas rupis in algido
Vix tectum ſtabulo, viliter abditum
Inter bruta, aſinum & bouem.
Illo ſic genito, naſcitur omnibus
Inſtaurata ſalus, gratuita omnibus
Vltro porrigitur gratia: nec minas
Lex vltra crepat aſperas.
Nulli pauperies aut odio aut probro eſt,
Terrarum Dominus quam probat eligens.
Sæcli ſub pedibus ambitio iacet,
Veſanæque cupidines.
Quis fraudes hominum, quis metuat dolos
Fallacis Satanæ? tam vigili ad manum
Adſtante auxilio, cuius amor, genus
Curat terrigenum vnice.
Spes nunc quiſque bonas in gremio fouet.
Et vitam a vitijs qua datur integram

Ducit, cui ſtudium pro meritis vices
Summo reddere Principi.
Princeps hic etenim ſummus, ab inferis
Nos ſoluit laqueis, quos vafer induit
Serpens primigenis ante parentibus
Aſtu perniciem ſtruens.
Hic nos in patriam præſidio ſuo
Cæleſtem in patriam ſubuehit, & docet
Quicquid mundus egens iudicij colit,
Mente ſpernere maſcula.
Hunc gratis igitur vocibus, & lyra
Solenni celebrent vnanimes pij:
Æquæuumque paremque ingenito Patri
Laudet concio conſonans.
Iuſtas o vtinam Sancte Puer preces
Iam noſter, placidis auribus imbibas:
Et des fœderibus perpetuo ratis
Pax Belgis eat aurea.
Qualis per Latium ſub Duce floruit
Auguſto, & populos iuit ad exteros
Quos Sol mane oriens aſpicit, & cadens
Quum mare Oceanum ſubit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

IANI LERNVTI

PRAELOQVIA;

Quibus inuenta ſiue ſcripta certorum lectori commendantur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

IANVS LERNVTIVS

DANIELI HEINSIO

optimo maximo amicorum

S. D.

VEniunt ad te Clariſſime Vir, Daniel Heinſi, & in omni genere literarum, quas antiqui liberales ſiue humanas appellant eminenter excellens, Præloquia mea, vt inueniant fauorem apud te & exeant in publicum per te ſubnixa nominis tui patrocinio. Quod non fruſtra ſperant, quia profecta a me, quem ſcio tu amas, & a quo certus es te vnice amari. Poterat libellus iſte liber eſſe, & excreſcere in volumen iuſtum: ſed non neceſſe habui, & præter decorum fore arbitratus ſum congerere ſingula, quæ rogatu aliorum ſcripſi, non mea ſponte. Scis Deas noſtras, ſatu ingenuo ortas, & maxime nobili, ideoque minime ancillari. Genus enim ab Ioue ducunt, & vt ille ſupercilium gerit, quale notarunt Poetæ, ſic nonnunquam refractariȩ ſunt, nec ſemper nobis adſunt, præſertim quoties cogimur ad elucubrandum

aliquid in gratiam certorum, quos vt leuiſſime dicam non amamus. Et hoc quam frequenter eueniat expertus nouiſti mecum, quamquam tu, quo ingenij vigore polles, imperare tibi, imo virginibus nouem potes, quarum ſine adminiculo nos nihil poſſumus. Sæpe admiratus fui eruditos alioqui homines, & callidos vſu rerum, cupere impotẽter operibus ſuis præſcriptum alterius carmẽ, quaſi ab extraneo petenda laus, & vino vendibili opus ſit hedera ſuſpenſa. Miratus inquam fui non ſemel, & memini offendiſſe me animos quorundam quibus negaui. Ignoſco nihilominus ambitione elatis, quia video morem hunc non hoc primum ſæculo natum; verum olim & nupera ætate etiam magnis vſitatum. Quid de alijs loquar? Ipſe Ioſephus Scaliger tuus, ipſe Iuſtus Lipſius noſter, Viri maiores omni laude, admiſerunt eundem errorem, ſi error eſt vocandus, ac non potius morigeratio obſequens amicis, dum gratificari magis ſtudent ijs, quam famam hac ratione extendere ſuam. Ianus quoque Douſa culpæ iſtius ſiue benignitatis plane expers non fuit. Pulchrum enim putant laudari aliquando à triuialiter eruditis. Reſipuit poſtilla vterque. Lipſius certe plura emiſit, quibus nullum vllius elogium præſcribi permiſit. Laudo; & cordatis hoc impreſſum velim, ne ſe

extra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

extra quærant, putentque nomini ſuo accedere honorem quem blanditijs ſæpe abſtulerunt extortum. Tam ſeuerus tamen non ſum, vt teſtimonijs amicorum non credam tempeſtiue vtendum quandoque. Liceat homini docto ab eiuſdem Muſæ ſtudioſo celebrari, ſed citra ambitionem & abſque nota adulationis. Secus quum fit, peccatur vtrinque: tam vituperandi ſunt illi, qui parum verecunde affectant laudari, quam munere ſuo male funguntur, qui ex amicis aſſentatores facti, facta & dicta pleno ore attollunt eorum quos ipſi norunt non mereri. Sed gyrum præſcriptum excedo longius quam conſtitueram. Finio, & hoc quicquid libelli eſt, qualecunque, dono tibi, Daniel Heinſi, maximarum virtutum & artium optimarum cultor eximie. Munus pro tot beneficijs erga me tuis mente grata oblatum accipe a nobis manu promta volens, quod nos præſentibus teſtetur & futuris, Conſtantes pura ſemper amaſſe fide. Brugis Leuacorum. XIII Kal. IulI. cIↃ IↃ. C XIV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

IANI LERNVTI

Ad illuſtriſſimum & excellentiſſimum Principem Auraicum

PHILIPPVM NASSAVIVM

In luxum profanorum

ECLOGA.

PArs hominum maior vitijs obnoxia, Princeps,
Luxuriæ in primis ſerua eſt. Quis neſcit ab ipſo
Orbis adhuc ortu, quam ſpurca proteruia priſcis
Patribus adfuerit? curabant corpora vulgo
Dapſilis ad menſæ conuiuia, ſicubi pinus
Panderet hoſpitium proiectæ rupis in arcu:
Aut vbi prata leui ſaliens pede lympha ſecabat,
Omnia quæſito capientes gaudia luxu:
Flore coronati crinem myrrhaque madentes;
Ad latus intectis hærebat Nympha papillis
Comta, ſinu niueo ſpectanda, & lumine nigro:
Inflammare ſenem vietum quæ poßet amore:
Et refugum Phædræ priuignum nuda mouere:
Docta lyræ carmen digitis percurrere eburnis,
Concentumque lyræ ſimilem voce edere docta.
Non erat his vllus ſuperum metus: vna profanos
Nequitiæ ſtimulis agitabat bruta libido.
Mentis ab ingenio affectabat præmia nemo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Nemo niſi in prauum verſabat pectora ſollers.
Solus erat pudor ingenuum nouiſſe pudorem.
Impatiens iræ tandem Deus, obruit omnes
Diluuio terras, & crimina fluctibus hauſit.
Arca Noam, & paucos per cærula turbida vexit,
Arca hiemis ſecura, piorum ſemina ſeruans.
Nec minus in Sodomam excandẽs furor illius arſit.
Nam ſimul ac Lothus damnata exceſſerat vrbe,
Ilicet abrupti ceciderunt nubibus ignes
Sulphure permiſti tetro: periyſſe nocentes
Poſt genitis teſtatur iners aſphaltidos humor,
Nunc etiam offenſi referens monumenta Tonantis.
Hæc quoties recolo, correpunt membra pauore;
Et mea non ſolita formidine corda tremiſcunt.
Quare ergo impietas regnat, viuitque beata?
Cur natos ex ſe lætos habet, atque nepotes?
Cur conſanguineis prodit ſtipata cateruis?
Semper ei locuplete penu bona copia præſto eſt,
Vltrix abſiſtit Nemeſis: ſors candida ridet,
Ante pedes ludo exultat vernacula turba
Tympana rauca manu quatiens, citharæq; ſonoris
Vel fidibus gaudens, vel nablia tinnula pulſans.
Bos parit, arua ſeges veſtit, fert vinea fructum.
Quid moror? ad libitum vitæ fila aurea ducit.
Prorſus. At in puncto diſcendunt tempore ad Orcũ
Mens quibus auerſa eſt æterno a Numine demens:
Demens iure ſuo. Nam quid mihi proderit, inquit,
Si ponam pia vota Deo, & prece proſequar illum;
Ille colit cœlum, terras ego. Gaudia culpet
Nemo ſeuerorum temere mea. Vita abit, acti
Turbi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Turbinis in morem; remanent lacrymæque dolorq;,
Anxietaſque comes ſequitur trans Tartara functos.
Quis fuit ille relegatum quem miſerit aula
Ditis inhumani? E nihilo fuit omnibus ortus:
Poſtquam nos leti manus interfecerit, in nil
Morte reuertemur; qui ſpiritus aëra mutat
Naribus in noſtris, ceu nubis aquatile corpus,
Quod Sol fragranti iaculo ſemel impulit ictum
Soluitur; in vacuas confeſtim ſic fugit auras;
Nullaque nota ſui fugiens veſtigia linquit.
Ergo agite ex omni ſectemur fonte lepores,
Pocula crebra, vnguenta, coronæ, ſerta parentur;
Lætemur, dum Veris eunt cita tempora blandi;
Inſtat hiems, ſenij acris hiems. Nex falce parata
Magnum nos ſpirare vetat. Viuamus, amemus,
Luxuriæque palam laxemus liberæ habenas.
Sic iſti. Ex alto omnipotens late omnia cernit,
Nec dubium, noxis grauibus grauis imminet Vltor.
E terra nobis fateor natalis origo eſt.
Namq; Deus primorem hominē de puluere finxit:
Sed limus manibus Domini formatus, honora
Arte ſacer factus, viuet poſt fata, ſuperſtes
Angue vel inuito, per quem necis oſtia aperta.
Illi viuentes moriuntur, & in mala lapſu
Præcipiti tendunt, æternæ mancipia iræ.
Vincula ſic nectit cuiuis vetus hoſtis operta:
Exitioque pari ſecum cupit obruta cuncta.
Diſcite mortales moniti ſperare Tribunal
Numinis. Ille ſapit ſibi qui cauet ante periclum.
At tibi quas laudes pro munere ſæcula noſtra

Magne Philippe canent? per te vulgatur imago
Æternis æri punctis commiſſa perite.
Cuius ab admonitu documenta modo hauſimus iſta,
Quæ nos a vero errantes palare vetabunt:
Inque vias æqui deducent tramite recto.
Macte animi Princeps, gentis decus Auraicæ ingẽs,
Geniũs honos noſtræ. Iam te Deus æquus ab arce
Aſpicit æthereа, & merito tibi præmia digna
Decernit; iam rore profuſo lactea candet
Orbita, deque ſuo tibi ſidere ſerta Ariadne
Conſtruit, inſigni quæ circum tempora luce
Vſque micent, nullis æui damnanda tenebris.
Certe tranſactæ poſt nubila triſtia ſortis
Purior exterſis ſplendet tibi tractibus æther.
Splendeat, ac lætum ſeros te ſeruet in annos.
Iam ſolium Iouis attingit tua maxima virtus:
Nec ſuper inuidiæ quicquã eſt quod mordeat in te.
Omnibus vnus amor Belgis per ſæcula viue.
Vt benefacta memor celebret tua noſter Apollo
Sæpius, eque ſolo ſublimem præpete penna
Gloria te tollat celſas ſuperi orbis ad oras.
Huc, vbi Naſſauij generis tot ſidera fulgent
Candida, & exculti decorant faſtidia mundi,
Pacandiſque breui mittunt liquida omina terris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

In commendationem Philippicorum N. V. Ioannis Tarqueti Nepotis Lechenæ atque HelſtI Toparchæ

ELEGIA.

Viderat hæc auibus vulgata Philippica dextris
Res maris, & paſſim non ſine laude legi:
Admiranſque tui, Tarquete, reperta laboris;
Pulchra reperta, nouis ingenioſa modis;
Palluit, atque acres animos in pectore voluens
Undarum trepido verbere planxit humum;
Utque manum armarat de more tricuſpide telo,
Circum Nereides dum glomerantur Herum,
Vos habui teſtes inquit ſata Tethyde proles,
Mouit certamen quum mihi glauca Sais;
Actææ nomen noſtrum quis poneret Urbi:
Palladis hic proprius, num meus eſſet honos.
Ille ſolo viridem (noſtis) produxit oliuam:
At mihi terra frementem ardua fudit equum.
Terra ſinum pandens magno percuſſa Tridente:
Ex illo victrix tempore Virgo fuit.
Arbitra ſic litis ſtatuit primæua vetuſtas:
Iudicium lenta tale ego mente tuli.
Nam vinci numen non mirum a numine: frater
Iupiter eſt nobis, hæc patre nata Ioue eſt.
Mirum nunc homini me cedere iure minorem.
Hoc dolet, hoc ægra non bene mente fero.
Cedo tamen. Laus pulſa retro nam priſtina ceſſit,
Dum prior obtinui quod decus alter habet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Non ſolum Tarquetus habet ſibi nomen id aptum
Ætate a prima quo memorandus eram,
Auſonijs vulgo dictus Neptunus Equeſter:
Qui titulus Latia eſt orbis in Vrbe frequens.
Verum arcta nobis conſanguinitate propinquam
In partes Diuam duxit habetque ſuas.
Munere Palladio nactus prænobile frænum
Illud, Glauciadæ quod iuueni ante datum eſt.
Hoc fretus volucrem rapuit per nubila currum,
Aëris in vaſti tramite celſus eques.
Exercenſque ferum varijs ſuper inuia gyris,
Vltro habilem ad Martis ſe graue fecit opus.
Terribilem flammis inde auſus adire Chimæram,
Colla trucis fregit prodigioſa feræ.
Felix Bellerophon, caſu niſi præcipe lapſus
Poſt mœſtam in ſolis vitam agitaſſet agris.
Pegaſus ex alto ſtellis micat octo decemque:
Et meruit fontis Pierij eſſe caput.
Æmulus iſte meus ſi Pallade pergat amica
Vincere, Neptuno quis ſuperabit honor?
DI bene, quod patrum priſco non vixerit æuo,
Gloria parta mihi, iam foret orba diu.
Talem olim optaſſet ſeſſorem noſter Arîon:
Optaſſent talem Laomedontis equi.
Automedon collatus ei iam ſegnis habetur:
Iam Stenelus victas porrigit ipſe manus.
Pollucis ſonipes tractari amat huius habenis;
Et veteris domini ſpernit herile iugum.
Vincat homo Diuum, maneat dum ſors modo firma
Ab Ioue qua pacta lege ſecundus ago.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Liuor iners vitium eſt, & mentes dedecet altas:
Abſit vt hæc labes cor mihi triſte grauet.
Cedo volens inquam, ne patruus ore maligno
Arguar in neptem non ſatis eſſe pius.
Qui potuit Iouiam ſic demeruiſſe patrimam,
Me quoque fautorem vindicet ille ſibi.
Dixit, & impoſuit torquem tibi fronte ſerena,
Compoſuit manibus quam Thetis ipſa ſuis.
Diſtinctam Eois torquem mira arte lapillis,
Quos mare perluerat flumine iugis aquæ.
Et liquido Titan luſtrauerat igne comarum,
E pelagi ſurgens interiore ſinu.
Tritonumque choro factum celebrante per orbem,
Iuſſit te mactum laudibus ire tuis.

In Anſelmi BootI Brugenſis de lapidibus pretioſis opus luculentum.

ELEGIA.

GEmmæ, quas gremio Cybele Dea celat in almo,
Ore vetuſtatis magna vocata parens,
Quas ſeptem Erronum conſtans ſibi diſſitus ordo
Deſuper ardentis de regione ſoli
Irradians inſignit: Aquarum ſiue ſub æſtu
Nereides manibus vos poliere catis:
Seu Venus ipſa ſatas conchæ natalis in aluo
Extulit, in Cyprum per freta quando means
Conſtruit e baccis torquatum læta monile,
Gratior Aſſyrio poſſet vt ire Viro:

Siue

Siue cauernoſis eiectas montium ab antris
Viſtula vel Ganges proluit amne cito:
Aut animale ſecus diſſecto in corpore prabes
Frigore concretas, ſine caloris ope:
Ite per ora Virûm florentes luce reperta:
Et qua quaque poteſt dote placere decus
Tendat honoratum : populis ſpectanda futuris
Gloria iam generi veſtro operata manet.
Thynica non potuit tantum addere lima decoris,
Dædalus in pretio dum fuit ante faber,
Quam modo de vobis meruit bene, iudicio acer,
Ingeniiq; potens Flandricus iſte Bryas,
Bootius Anſelmus, patriæ lux Brugidis, atque
Idem Germanæ lumen amorq; plagæ.
Hic gemmantis opes theſauri prodidit omnes,
Naturæ indagans mira patrantis opus.
Quæ vos tam varia voluit præcellere ſorte,
Corporis includens tot breui in orbe bona.
Vos contra meritum Doctori plectite ſertum,
Et ſimul eximium condecorate caput:
Sic exornatum pretioſis rite lapillis,
Splendeat vt cælo nulla corona magis,
Lenæuſq; pater miratus, ab æthere credat
Decerptum fronti coniugis eſſe ſuæ.
Pleumoſio debetur honos hic indigenæ, Albis
Cuius nunc celebri nomine lætus ouat;
Qui maris Eoi ſpoliis diadema Rudolpho
Conſit, & imperii nobile mactat ebur.
Numine Cæſareo claræ ite in ſæcula gemmæ:
Sit ſat in abſtruſo vos latuiſſe prius.

Dedicatio

Dedicatio operis Victoris Giſelini.

Famæ æternæ.

TU, quæ præpetuis volitas ſuper æthera pennis
Ardua perpetuumq; propagas nomina in æuum
Adſertrix ſemper clarorum fama virorum,
Accipe quæ ſelecta tibi Dea munera pono.
Victoris noſtri monumenta perennia ſerua,
Et caue ne dentem admoueat robigo auida atrum.
Neu nebulam inducat, ſpiſſamue obliuio noctem
Deſide tranſmittens etiam diuina veterno.
Illius hæc ſtudioſus ego curaque fideq;
Qua potuit meliore coëgi ſcripta, neglectim
Huc illuc diſiecta, ſituq; obſcura, nitentem
Produxi in lucem voluiq; hominum ora ſubire.
Sic rate demerſa, tabulas in litore nautæ
Roſtraq; ſparſa legunt, veſteſq; humore grauatas
Aut Phorco votas ſuſpendunt aut Melicertæ.
Hic Dea Victor hic eſt, clarum cui patria debet
Et decus & nomen, cui partes Delius vltro
Ipſe ſuas ceſſit, ceſſit ſua dona Minerua,
Suadaque: cui ſeſe explicuit penetralia pandens
Intima Virtutis conſors Sophia. ire per altos
Aonas ad cælum montes qui gnauiter auſus
Exſortem duxit mortali in corpore vitam,
Luminis ingeniti ſollers, rerumque latentis
Naturæ; ſtudio vigilante labore ſagaci
Deditus in priſcis noua plurima protulit ex ſe;
Nobilis arte, fide, ingenio quoque nobilis, illis
Quos longe poſitos gemino ſub cardine mundi

Sol

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Sol videt hinc Oriens, illinc videt Occiduus Sol.
Præcipue leti poſitos in limine, victor
Quos Orco eripuit, vacuaque redire carina
Sæpe ſenem iuſſit, Parcaſque retexere ſtamen.
Omnibus hæc propter carus doctiſque pyſque,
Ipſa ſui pretium placuit quibus vnica virtus,
Æterna inſignem meruit de fronde coronam,
Duſæ Orphei in primis, & Apollinis aurea Lipſi
Quam monumenta ferunt: quorum conſpirat in illo
Magnus amor, ſolidæ tribuens præconia laudis.
Sume age poſteritas, memori quod pectore condas:
Lernutius cari exceptos a funere amici
Prodidit hos verſus; verſus quos tollere poſthac
Non flamma aut imber poterit, ventiue procella,
Annorum lapſu vel quod terit omnia Tempus.
Sed viuent celebres populi rumore ſecundo;
Dum Palatinam Phœbus pater incolet ædem
Romanus, Latiaſque ſequetur gloria Muſas,
Vatibus excipiens virides ad præmia lauros.

Ad Clariſs. V. Iacobum Marchantium Neoportum, commendatio ſcripti, quo tres aulæ primores celebrantur ipſius rogatu, ſiue ELEGIA.

DE meliore nota proceres mihi ſponte fauentes
Suades, Marchanti, verſu vt ad aſtra vocē.
Perſuades. Nam mens ſtudio mea fertur eodem:
Promeritiſque vicem grata referre cupit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Sed pede quo culmen ſperem conſcendere laudis
Aſtra ſuperuecti qua modo celſa tenent?
Vix puto Calliope cœtu comitata ſororum,
Vix erit ad munus iſtud Apollo ſatis.
Vtque mihi carmen præſcribat & adſtruat ipſe,
Dicta ſuis tantum legibus apta legent.
Ludere per rupes his audet imago iocoſa
Voce viatoris ſollicitata vagi.
Si præter numeros nil auctius addere curem
Cenſebor merito iure pudoris egens.
Atque arcam parcam populus me dicet habere,
Non verear magnis quod dare verba mera.
Ne tenebras igitur videar præpandere luci,
Exiguaque diem clarificare face,
Ingenio moderabor, & in mea ſepta regreſſus
Officij mediam rite ſecabo viam.
Suſpiciamque illos veluti meruere tacendo.
Numina ſancta coli ſic reuerenter amant.
Quid loquor, aut ſileo? Votis libet obſequi, & vna
Tres ideo cecini qua poteram arte viros,
Aulæ noſtratis tria lumina: nota per orbem
Ingenijs quorum Belgica floret humus.
Tu lege ſcripta mihi: quæ ſi tibi lecta placebunt,
Effice, fronte pari tres Viri & illa legant.

Ad Reuerendiſs. ampliſſimumq; Epiſcopum Iprenſem Petrum Simonium ELEGIA dedicatoria.

LVmine qui placido legiſti encomia noſtra
Nuper, & ad fœdus comis amicitiæ

Vltro

Vltro inuitaſti me maxime & optime Præſul,
Cuius honor priſcos æquiparauit auos.
Hæc quoque ſacra tibi, quæ ſcripta mea offero pauca
Luce tua cenſor reddere pura velis.
Illa pijs numeris Marianum numen honorant,
Et ſenſim gracili ſe pede ad alta leuant.
Nam quæ multa modis cecini leuioribus olim,
Omnis in exiguo dum mihi fonte mora eſt;
Auribus agnoſco & fateor minus apta ſeueris:
Iamq; animi ſic me deſipuiſſe pudet.
Mens bona mutatum vocat in ſua templa poëtam,
Corda face accendens viuidiore mea.
Vix tamen hæc primi emerſit ſcintilla caloris:
Quando erit vt plena lampade clara micet?
Perpetuoſque Deo grates agat ore diſerto
Omnibus oſtendens me memorem eſſe mei?
Ius monet atq; pium eſt meritas huic dicere laudes,
A quo in nos vndans profluit omne bonum:
Ad ſe laudandum ſiquidem nos ille creauit,
Nullius in laudes qui modulamine eget.
Quam telam exorſus tenui ſubtemine nunc ſum,
Mox hanc pertexam ſpero fauore tuo.
Tu modo te nobis Præſul largire benignum:
Currenti ſubdes non leue calcar equo.
Munera nō capto: neq; enim mihi pectus auarū eſt:
Et virtute patrum eſt res ſatis aucta domi.
Bella modo hæc rabie ciuili percita ceſſent:
Et patiantur agros nullo inhibente coli.
Poſſe placere tibi ſtudeo, qui munera nobis
Non exſpectanti mittis, & eſſe tuum

Sponte

Sponte iubes prona: fateor tua ſplendida virtus
Ad te pertraxit cor meum iynge noua.
Iam præſcripta iuuat contingere candida calcis,
Et famæ, Antiſtes, pandere vela ſacræ.
Virginis acta Deæ celebrans, thyrſoq; tuo ictus
Tollor humo, & cœlum te præeunte ſequor.

Ad Reuerendiſs. & Nobiliſs. Carolum Philippum Rodoanum Middelburgi Epiſcopum Enamiæ Abbatem

ELEGIA.

COllis Hyantei fontemque nemuſque relinque
Edita ſidereo de Ioue Nympha ſoror,
Neu vereare lares mea Muſa ſubire Philippi
Præſulis, ingenijs nam ſacer ille fauet.
Ille manum facilis dextram tibi porriget vltro:
Nec pauidam trepido te ſinet ire metu.
Sed ſine nube ſupercilij tua carmina voluet:
Tu modo captato tempore limen adi.
Publica ſæpe dies totos res occupat illum,
Dum nūc Quæſtorum paginam vtramq; putat,
Et cauet Antolyci ne quis de gente ſuperſtes
Damna alijs faciat, commoda priua ſibi.
Nunc aris intentus obit ſua munia conſtans,
Ne qua parte labet ſollicitata fides.
Felix o tali Meditellia Præſule, felix
Si non turbatis ſic agitetur aquis
Diſcidij vaſto in pelago, quod mouit Erinnys
Nupera, triſte caput anguibus hirta feris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Attamen hoc merito felix Antiſtite Enamum:
Illius auſpiciis cui datur eſſe pio.
Macte Rodoanæ gentis laus inclyta Præſul:
Et mea vota tibi conſule ſcripta boni.
Qualiacunq; leges, abſint modo numina læua,
Præſens illa ætas poſteritaſque leget.

Ad Reuerendiſs. Clariſsimumq; Antiſtitem Petrum Pantinum in commendationem operis de vita B. Thecles ab ipſo verſi nunc primum ac vulgati

ELEGIA.

TV, qui de venis priſcorum in ſæcula itura,
Ingeniiſq; Patrum mente animoq; ſacris,
Aurum moliris ſollers procudere purum:
Quale nec Hiſpani gignit arena Tagi.
Quale ſuo naſci cupiat Pactolus in amne:
Aut Hermus liquidis voluere flauus aquis:
Nunc opus artifici cælo, quo gemma nouetur
PANTINE, *ornatum quam ſtudio ire paras.*
Gemma piæ Thecles celebri ſub nomine clara:
Tarſenſis Paulli gemma polita manu.
Felix gemma, Dei nunquam non tuta fauore,
Quamlibet infeſtis ſæpe agitata malis.
Illa ſibi intentum ſpreuiſſe cupidinis arcum
Fortis, & inuicta virginitate fuit.
Non illi flammæ quicquam nocuere rogales:
Maluit has ſponſi quam iuga ferre viri.

Non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Non vrſi Numidæ, non obfuit ira Leonum:
Exijt immanes inuiolata feras.
Foſſa quoque innocuam ſubmiſit in æquora plana,
Etſi mortifera dipſade plena foret.
Nec tauris adſtricta ferocibus vlla ſalutis
Vel leuiter paſſa eſt deterimenta ſuæ.
Præſidis eduri tandem præcordia mouit
Iret vt ad patriam libera facta domum.
Iuit, & exemplo monitiſq; ſalubribus illic
Erudijt plures, edocuitque fidem.
Illius Iconium iam nunc quoque duplice cinxit
Laude pudicitiæ martyrijq; caput.
Gemma ſui pretio taliſque ac tanta, per altum
Ardeat vt nullis hac mage pulchra vadis.
Ingenioſe Myron noſter, qui nobile in auro
Alterius certas munus obire tuum:
Mira operi admiſcens ſic ſcitamenta perite,
Iridis vt veſtis ſit decorata minus.
Cur ergo his iungo mea plumbea ſcruta? metallum
Gignere nam melius non mihi poſſe datur.
Cedo tamen: ſpes eſt, quum tu purgaueris illud
Arte tua, fului mox ſimile æris erit.
Perge nouo inuentu reuocare antiqua reperta:
Perge aliena volens adſimulare tuis.
Et bene de nobis proporro perge mereri:
Stat tibi iam parta laude perenne decus.
Iam ſua tranſcripſit tibi munia dædala Pallas:
Mulciberiſque loco te ſibi comparem, amat.
Certum, decurſis vitæ felicibus annis
Vltro Hebe optabit te quoque dia ſuum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Atque ita DIs quoniam ſcriptorum eſt cura piorũ,
Ipſe colens alios vſque colendus ages.

Ad Ianum Gruterum Cl. V. de inſcriptionibus Romanis ſtudio eius collectis, digeſtis publicatis

ELEGIA.

QVæ priſci nobis olim poſuere parentes
Ingenij atque animi ſigna notanda palam:
Siue decus partum memorabile pace vel armis
Sæcula quod poßet ſera monere bene:
Pleraque conſumſit fatali dente vetuſtas
Egregium patiens nil ſupereſſe diu.
Ergo aut in tenues reſoluta abiere fauillas:
Aut laceram faciem vix reparanda gerunt.
Nunc vbi marmoribus tot credita ſcripta politis
Stabant Romano quæ numeroſa foro?
Artificique manu ſplendeſcere iuſſa metalla,
Et præferre catis tot documenta notis?
Roſtra vbi nunc, arcuſq; Ducum, populiq; lauacra,
Et Capitolino templa habitata Ioui?
Cæteraque auguſta monumenta celebria in Vrbe,
Armis perdomiti quæ caput orbis erat?
His anni nocuere: magis tamen horrida bella:
Partem maiorem diripuere Getæ. (omne
Atque Getæ, atque Hunni; genſq; effera Vandali, in
Prona nefas, ipſis aſperiorque feris.
Sic Mauſolæi moles euerſa ſepulchri eſt.
Sic vacua Agrippæ cœlum imitata domus.

Quin

Quin domus ipſa Deûm cecidit vetus inclyta Roma,
Ruderibuſque ſuis obruta pœne iacet.
Sed licet ingenijs etiam pugnauerit ætas,
Nube vetuſtatis euoluenda tamen
Plurima ſunt æuo patrum noſtroq́, reperta,
Multorum merito quæ ſtudium acre probant.
Armillis illi ſane exornentur & haſta:
Summa modo cedant ſponte trophæa tibi.
Nam tua promeruit ſupremum induſtria honorem,
Poſſidet & famæ principem in arce locum.
Perge agedum Grutere, gradu pertendere pleno,
Ac bene conceptum perfice dexter opus.
Gloria victrices plectit tibi candida lauros:
Iamq; tua ad cælum nomina laude vehit,
Palladis auſpicio ſodes molire triumphum:
Sumere palmatam fas tibi iure togam.
Fercula diſtincto præcedant agmine currum:
Doctaque per titulos dicta ſubinde nouent.
Ordine mox iuſto præciſis molliter alis
Tempus, & ingenti voce tua acta canat.
Poſt vultu in terram proiecto mæſta ſequatur
Barbaries, collo vincula ſerua ferens.
Ipſe tuo elogium decori hoc præfigo volenter
Liuida quod triſti lumine turba legat.
Quæ congeſta vides digeſtaque corpus in vnum,
Mille locis, Hoſpes, ſparſa ea nuper erant.
Smetius inuentor, prouector Lipſius audit:
Ianus perfector Geryon eſſe poteſt.
Quis ſatis hunc laudet? tumulo veteri excita Roma
Tollit honoratum ceu ſolet ante caput.

Nec ferrum aut flammam metuit, ſecura ſenectæ
Gruteri ÆTERNA EST *munere facta nouo.*

In Franciſci Petrarchæ Lyricos Gallicis numeris expreſſos a Philippo Maldegemio V. N. Leyſchoti Toparcha

ELEGIA.

PEtrarchæ cupiat ſi vertere carmen Homerus
Mæonia fidicen quod canit ille lyra,
Etſi Pierij cœtus pater audiat & rex
Competet, & tantus, vix puto munus ad hoc.
Nec mirum, Lydæ facundia culta ita linguæ eſt,
Vt minor Actææ ſit modo gentis honor.
Præcipue partes quoties tractantur Amoris,
Obtinet hic regnum Peitho & Etruſca Venus.
Illo ſuo Vati penitus ſe indulſit & illa:
Credo Deæ maduit melle vtriuſque mero.
Dulcius alterius certe nullo ore loquuntur:
Illius in labris ipſe habitauit Amor.
Inſpiranſque nouos molli face leniter ignes,
Hanc potius citharam vult coli in arce deũm.
Nam pater exſtructis celebrat quum pocula mẽſis
Iupiter, Æthiopas vel vetus hoſpes adit;
Non alio obductæ ciſpellit nubila frontis:
Non alio cantu mentem animoſque leuat.
Ceſſit Apollinei concordia pectinis: aures
Ad chelyn intentas & tenuere Deæ,
Mnemoſynes de ſtirpe Deæ, Circi alma voluptas
Illius, aſtrorum qui ſpecula alta rotat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Quod ſi Muſa Meleſigenæ tanto eſt operi impar,
Nec par Andini muſa Maronis erit.
Tu tamen hoc docto per Galla poëmata verſu
Exprimis, & Celtis ſic tereti aure probas
Leyſchoti, vt vates merito te laudet vterque,
Ingenij admirans orſa animoſa tui.
Iamque tibi Elyſio nectit de rure coronam:
Sume age, ab Arquato colle ſecunda venit.
At vos Tyrrheno prognatæ Naiades Arno,
Iungite collata myrtum ederaſque manu.
Perpetuæque caput præcingite frondis honore,
A quo Laus ad vos Laureaque iſta redit.
Cernitis externa prodire in veſte Poëtam
Veſtrum, ſed veſtrum non ideo eſſe minus.
Vos quoque vos Rhodano centum genitore puellæ,
Sorgaque in alpinis orte cacuminibus,
Auditis Vatem vernacula verba ſonantem
Illum, qui proauis aduena inante fuit.
Dicite Sequanidis, Arari, Ligeri, atq; Garumnæ;
Hoc donum nobis nobile Rîa dedit.
Qui quamquam placidis vix ſerpat in æquora lym-
Inferius nullo flumine nomen habet. (phis,

In lachrymas Franc. SweertI, quibus OrtelI obitus deploratur

ELEGIA.

Mites ô lacrymæ, dulci quas fudit amore
Miſtus amor SweertI, vos dolor ipſe facit

Felices, pius iſte dolor: modo munere cuius
Fons nouus Aoniæ largiter auctus aquæ
Surgit, & exundans late telluris in orbem
Æmulus it lymphis Bellerophontis equi:
Orteliumq; decus Lethæo è gurgite raptum
Per populi ora frequens eximio amne vehit:
Ite perennanti ventura in ſecula lapſu,
Ad famam vobis iam patet ampla via.
Et tu virtutis, Sweerti, macte indole clara,
Iam tua noteſcit trans Acheronta fides.
Elyſiæ diſcunt hic te reſonare cupreſſi,
Molliter ad ſtrepitum ſubſiliente Styge
Fœta tibi ramos natiuo purpurat auro
Arbor Auernalis, pomaq; fulua parit.
Abſentumq; chori per campos aëris apto
Carmine certatim nomina veſtra canunt.
Iamq; ea præportant conſcripta in cortice myrti,
Ilicis aut patulæ robora plena fauis.
Atque aliquis de gente ſita miratus virumque
Exoptat ſimili fœdere parq; iugum.
Macte, inquam, cineres qui non amat oſſaq; ademti
Scæuus, & in viuum lenti animi ipſe fuit.
Sic vbi prætextæ explicuit noua germina veſtis
Herba recens, iaculis ſolſtitij icta perit.
Iure amor ille poteſt ſincerus & eſſe & haberi,
Litora qui fati traijcere alta poteſt.
Qualis in Ortel I manes tuus incitus ardor,
Durat ab expletis integer exequijs,
Conſtanteſq; mouet. tam pulchræ mortis honorem
Inuidet his credo Semideûm ipſa manus.

Laude

Laude ſua at vigeant illi: poſt funera virtus
Certat ſe proprijs vſa tenere bonis.
Nec decet inuidiæ labes ſine corpore vitas:
Illa ſepulchralis arſit in igne rogi.
Viuite concordes animæ: tuq; optime longum
Orteli felix gaude in honore tuo.
Vſque memor Sweerti, cuius modo munere raro
Prodire in lucem conſpicis has lacrymas.
Has lacrymas, quæ te furuis miſcerier vmbris
Obſcuraq; tegi non patientur humo.
Sed caligantis raptim de Tænari operto
Ad cæli ſurſum culmina laude ferent.
Inſignemq; locum ſtatuent ſibi tractibus illis
Sole graui accenſam. quâ iuuat vnda Nepam,
Quâ flectunt gemini ſtellantia flumina Piſces:
Aut Caper in ſalſo gurgite lætus agit.
Quâq; Hyades ſeptem ſcandunt Aquilonia templa:
Aut liquidi Delphin marmoris alta colit.
En Tros emeritam ſuſpendit Aquarius Vrnam;
Miſcet & hoc potius nectare pocla Ioui.
Ipſa nouum ſitiens haurit Cratera liquorem;
Specta, alio candet lactea rore via.
Eridanus ſuperum ne plurimus occupet æquor,
Laxius effuſi contrahit amnis iter.

Ad Iuſtum Lipſum Cl. V. cum ei Parodias aliquot miſiſſem ELEGIDION.

NOn ideo, Lipſi, Vates tibi mittimus iſtos
Tam ſibi diſſimiles, tamque ſibi ſimiles,

Quod cum vſura ipſam ſperemus pendere ſortem,
Proque tuis meritis reddere par meritum.
Non ideo, inquã, iſtos: Nam quis niſi mentis egenus
Qui tibi ſe ſperet poſſe ſatisfacere?
Sed quia nunc dum Mars turbat, nil poſſumus aliũ
Inter tanta animorum impia diſcidia,
Si pretium eſt operæ quod poſſumus, hac leui opella
Tam ſibi diſſimili, tamque ſibi ſimili
Optamus memores ſaltem atque oſtendere gratos
Nos tibi, quaque licet ſoluere opræpretium.
DI facite, efficite, vt Vates quos mittimus iſti
Perpetuo doctorum omnium in ora abeant.
Norit vt hoc ætas præſens & poſtera ſæcla
Nos colere æternam mutuo amicitiam.

Ad Nobiliſsimum Virum Ianum Douſam de Baſijs ipſius & Ioan. Secundi a me publicatis coniunctim

EPIGRAMMA.

O Cui pura fluit liquido pede Caſtalis vnda,
Aſpicis en partum quod tibi, Douſa, decus?
Iam tua primori contendit Muſa Secundo:
Et meritum lateris poſſidet apta locum.
Lugduno vicina licet tamen inuidet Haga,
Inuideat, videat dum modo vos geminos.

Ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Ad Nobiliſsimum Virum Ioannem Van-Haureum Wallæi Toparcham ſuper Baſijs Gallicor. Poëtarum.

ELEGIA.

TV, qui verſa legis Gallo ſermone Secundi
Baſia, nil ſubidum, nil triuiale legis.
Expreſſere ſacri tam mellea baſia Vates,
Eſſe ſuos Pæan quos amat atque Venus.
Illa quidem Æneadum celebrata canore vetuſto
Clarum per populos emeruere decus:
Nec minus iſta nouo Celtarum culta lepore
Sæcula ſunt æui vincere digna ſenis.
Et volitare virûm meruerunt docta per ora,
Notus Hyantei dum liquor amnis erit.
Vertice dum gemino Parnaſſus ad æthera ſurgens
Hoſpitium Muſis colle in vtroque feret.
Carminis ingenio princeps atque arte Secundus
Non habuit cuius aſſimilaret opus.
Celtica ſedulitas à principe mota Secundo
Sit licet, incinuit par geminumque melos.
Perlege, iam dices: Aut hæc ita vertit Apollo:
Aut Deus in Celtis Gallus Apollo fuit.

In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

In libros Originum Cl. V. Adriani Scriectii Rodorni
ELEGIA.

Laudo animũ mirorq; tuum magno ingenio auctũ,
Inclyta Flandrenſis fama, Rodorne, ſoli.
Quæ nunc externas longe diffuſa per oras
Alite felici fertur in ora virûm:
Gentibus attollens lumen memorabile cunctis
Quas auriga celer Sol adit orbe vago.
Dum res Celtarum repetens ab origine caſca
Diſſeris, & pariter Belgica geſta, ſitu
Deterſo producis in aëris æquor apertum,
Clarior euadis te magis atque magis.
Haud aliter noctis tenebras expellit Eöus
Lota mari quoties Oceano ora leuans
Surgit, & accenſus radiantis lampade Phœbi
Illuſtrat terræ, quà datur, omne latus.
Ob ſtudium debet triplex tibi Gallia multum:
Teq; inter primos ſuſpicit atque colit.
Sequana præcipuos merito decernit honores:
Et Liger, & Rhodani mole citatus Arar,
Lætitiæ effundunt certatim flumina: conſors
Cum quibus it feſta fronte Garumna fauens.
Agmina coniungunt Scaldis, Moſa, Liuia, Dclus,
Diliaque in partes officioſa tuas.
Campiq; monteſque vehunt ad ſideræ nomen
Scriectium, & ingeminant gaudia mente pari.
Dumq; modis celebras doctis idioma paternum,
Submittit pronum lingua Pelaſga caput.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Suſtinet ipſe pater gentis fluidam Inachus vrnam,
Et leniter liquido labra tua imbre rgans
Näiadum ad choreas inuitat, & oſcula natæ,
Quæ bos ex homine eſt, de boue facta Dea.
Quid nî? primigenis expreſſa vocabula formis
Spectat, in abſtruſa nube ſepulta prius.
Celatumque diu gaudet cognoſcere verum:
Et pudet argutos hoc latuiſſe ſenes.
Nec minus Auſoniæ populi, quibus ante tumebant
Vocibus, agnoſcunt ſe meruiſſe notam.
Adſurgunt q; palam ſollerti, ſponte fatentes
Palmæ victricis te penes eſſe decus.
En Phaëthonteæ mittunt lacrymare ſorores:
Et propria electri munera lecta ferunt.
Arboribuſque ſuis decerpunt nobile germen,
Populea decorent vt tibi fronde comam.
Hinc Padus, inde Tybris cœtu te cingit ouanti:
Inq; pares plauſus Lambrum Atheſimq; vocāt.
Roma iugis ſeptem deſcendit: & obuia pandens
Brachia, ſe munem quo decet ore probat.
Singula iure tibi iuſto gratantur; in orbem
Exijt hunc omnem vox tua priſca, noua.
Nil opere exactum magis eſt, nil cultius iſto,
Suggeſſit Virgo quod Ioue nata tibi.
Cæſia Virgo, foci Veſtalis operta relinquens
Vt tua luſtraret pectora luce ſacra.
Teque ſuum pullum penitus complexa foueret:
Fouit, & æthercam maſcula fauit opem.
Excipe Becani cor vnius acre Gorop I:
Dignior inuidia non facile alter erit.

Ad Cl.

Ad Cl.V. Ianum Gruterum de Cicerone ab eo diligenter emendato, & nunc in vſum publicum feliciter euulgato

ELEGIA.

LVx patriæ præclara, decuſque Tuiſtonis altum
Grutere, eximijs æquiparande viris:
A puero ſtudijs addicte flagranter honeſtis,
Corda quibus iuuenum purificata nitent,
Menſque ſeneſcentis firmatur, vt aſpera rerum
Euenta euadat robore nixa ſuo,
Norit & intactum vitijs ſeruare tenorem,
Tempora quum votis obſequioſa fluunt,
Nam tunc præcipue regnat ſine lege Voluptas,
Mille cupidineis inſidioſa plagis.
Quem Sophiæ thyrſo percuſſum Phœbus in arces
Duxit Echionias, mons vbi celſus adit
Aſtra cacuminibus geminis: vbi fila ſorores,
Fila lyræ exercent pollice pulſa nouem.
Qua nulli fas eſt greſſus inferre profano:
Templa ſacerdotes caſte vbi ſancta tenent,
Puriter os & labra abluti Aganippide lympha:
Cuius abundanter tu ſaturatus aquis,
Non ſolum monimenta tuo tibi prodita cultu
Fingis, in æternos digna vigere dies,
Romulaque argutis mella auribus indere nata,
Siue ſoluta velint, ſiue ligata metro.

Maiorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Maiorum nobis ſed ſcripta refingis auorum,
Gnauus, ad antiqui codicis apta fidem.
Iudicio exacte ſollertis: rarus in orbe
Te liber Europæ qua patet ora latet.
Eruis è tenebris membranas abdite opertas,
Vt verum archetypa luce probante notes.
Nec temere ingenio indulgens, ceu natio fallax,
Qui ſeſe Criticos olim hodieque vocant,
Æuo ſacratis adfingunt abſona chartis:
Eque ſuo cogunt ore aliena loqui.
Scilicet ignaris ſapere vt videantur, inanes
Sic vendunt fumos, & mera verba crepant,
Accenſique æſtu vanæ ambitionis in iras,
Iras inter ſe, bellaque ſæpe gerunt.
Acria, de capræ lana, plauſuque triumphant.
Exultantque leues, quum placuere ſibi:
Et famam alterius pede calcauere feroces:
Tunc digito cælum ſe tetigiße putant.
Nominibus parcam magnis. Lampadias vnus
Cenſor in exemplum Monſtrolienſis erit.
Ille animi cæca ſtimulante libidine, carpit
Quemlibet, & maculas emaculando ſerit
Confidens, tumiduſque. Ruentem fronde petulca
Exceſſiſſe palam eſt molle pudoris iter.
Tu niſi quod certum eſt nil ponis, & ingenuo eßſe
Cuique licet veterum, cui datur eſſe tuo.
Altius hinc Plautus pulſo ſquallore, per vrbes
Cultior auſpicijs exit in ora tuis.
Et ſocco ingrediens ſcandit ſublime theatrum,
Lætus Romanos ſpargere voce ſales.

Hinc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Hinc Seneca Annæus, raſum quoq; terſus ad vnguẽ,
It in purpurea pulcher vt ante toga,
Virtutis rigidæ quando præcepta ferentem
Sanctorum in numero noſtri habuere Patres.
Neue alios referam, tenebris quos pœne ſepultos
In vitam reuocas, & ſuper eſſe facis:
Tullius en veteri per te redit auctus honore,
Qualis erat, Latiæ quum caput Vrbis erat.
Nondum barbariæ morſu corroſus ad oſſa:
Nondum tot ſciolorum vnguibus ora lacer.
Nam modo Deiphobus truncis fuit artubus alter,
In medio noſcens vix ſua membra die.
Integer vt potuit contra nunc ſplendet ouatque,
Tanquam ſtella maris lota liquore ſacro.
Herculis aut ductu Theſeus reuocatus ab Orco:
Phylliridæ Phœnix vel medicatus ope.
Gloria ſic priſcis ſurgit te præſtite doctis:
Et nox ipſa Argo tam vigili alba micat.
Sic noua dum condis, renouas Grutere vetuſta,
Quæ ſunt, quæ fuerunt ſunt tua iure bono.
Nec ventura minus debebunt ſæcla nepotum:
Pro meritis grati nomen vtrumque luant.
Imo ipſos ſeſe dedant tibi pectore muni:
Par nunquam referent, ni data opima ferant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Ad Ioannem Baptiſtam Blotagrium Canonicum Brugenſem ſuper Baſia Latinorum huius ſæculi

ELEGIA.

QVum tibi nulla mei dederim monumēta laboris
O noua Blotagriæ gloria Batte domus,
Ex quo te cepi primum mirari & amare,
Menſque pari nodo vincta vtriuſque fuit,
Ne me forte malum nomen tardumve queraris,
Baſia do ſtudijs hæc tibi lecta meis:
Baſia quæ noſtri cecinerunt nuper olores,
Cur digni non ſint nominis hoc titulo?
Ex his nam plures modulantur ita ore rotundo,
Mollius vt cygnum non potuiſſe rear,
Olim Theſtiadis meditantem furta puellæ
Corpore qui potuit diſſimulare Iouem.
Sint tibi grata precor, quantumuis ſcripta recenter
Imbuit illo ſuo nectare priſcus Amor.
Nec te traduci credas hoc munere: poſſunt
Baſia Veſtales hæc capere atque dare.
Quid magno grauius tulit Vrbs æterna Catone?
Spectauit Floræ ludrica feſta palam.
Nec puduit Mimos Auguſtum audire iocoſos:
Protulit hos magno cum pretio ante Parens.
Tu quoq; quum caſto conſtes tibi pectore, quare
Summorum exemplum non imitere Virûm?
Iſta alij culpent, atque auerſentur apertè,
Nouimus illorum triſte ſupercilium.

Nouimus & mores: conducunt nubila frontis,
Introrſum molles, ſemiuirique meri.
Sola cutis curæ his; ventrem caudamq; ſaburrant:
Nil illis gratum par niſi vel ſimile.
Et tamen vt nomen captent, ceruice ſuperba
Inflati damnant quæ tacitè intus amant.
Tu cape noſtra volens: ſeu vis aliena vocare,
Nil famæ poterit diminui inde tuæ.
Mens virtutis amans, nullique obnoxia culpæ
Simpliciter lætis vtitur & fruitur.
Nec timet auſteri nimium conuitia Momi:
Hoc face. iam nunc ſunt noſtra aliena, tua.

Ad Mich. Bultelium Iprenſium Senatorem primarium, ſuper ſiluam Baſiorum Latinorum veterum

EPIGRAMMA.

VT virgo in ſeptis nondum deſponſa viretis
Mane mari è cano primum oriente die
Purpureos agili decerpens pollice flores,
Aut implet calathos, & ſibi ſerta ſtruit
Quæ gerat ipſa, vel æquæuo ſpe credula amanti
Pignus inabruptæ dat fidei atque decus:
Vtque apis exultim volitans obit herbida tempe,
Ver vbi gemmantes Chloridos excit opes,
Nunc thyma, nūc violas cingit, nunc germen anethi,
Mellaq; permiſto grata ſapore facit:
Sic ego per Charitum ſola culta nouemq; Sororum
Dum vagor, hinc illinc quæ placuere legens,

Vatibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Vatibus è priſcis congeſſi hæc carmina pauca,
Pauca, ſed Actææ tincta liquore faui.
Et ſimul hanc ſtruxi Aonio de flore corollam,
Ambiat illuſtri quæ tibi luce caput.
Accipe Bulteli veteris leue munus amici:
Forſitan æterni pignus amoris erit.
Accipe, ſic Creſſam referant mea texta coronam:
Auguror, æterni munus honoris erunt.

AD ANGLIÆ REGINAM

Cum Cauilæ Imperatoris, qui Alaſtor meus eſt, virtutes ſcripto complexus vulgare in animo haberem

ELEGIA.

COntigeris Britanna meos ſi Nympha libellos,
Pone ſerenata fronte ſupercilium.
Nō hic Fabricium, aut Thraſeam, intonſumue Catonem,
Fataq; nec Decij, nec cano bella Mari.
Sed qualis quantuſque tuis modo Cauila in armis
Audiat, ille ſuis nobilis à vitijs.
Cauila, quem puerum erudijt Harpyia Celeno,
Vbera cui nutrix Eumenidum vna dedit.
Cuique facem ad facinus lucet nunc omne ſceleſtū,
Vipereamq; viro ſuggerit vſque animam.
Qui dum vrbem Eoam pro te regit impiger, ipſum
Pulſauit fama nominis Oceanum.
Sed ſic vt Sciron, ſic vt Scinis, vtq; Procuſtes:
Quorum nunc etiam nota latrocinia.

Ex his aut ſatus iſte, vel improba ad omnia frater
Germanus, prorſum eſt, mente, manu, ſimilis.
Vno diſſimilis ni ſit: Nam mollior illis
Æſtuat obſcæna nequiter in Chione.
Tu ne te pigeat pudeatue audire nefanda,
A te da ſaltem porrô alij iſta legant.
Forſan & ipſa leges, ſint qualia qualia, magnæ
Principis eſt virtus maxima noſſe ſuos.

Ad Ioannem Nicolaium Secundum de Baſijs ſuis

EPIGRAMMA.

QVi poßent epulas Diuorum accumbere, nondum
Morte obita & ſuccos ducere nectareos,
Rari olim fuerunt: at nunc præbente Secundo
Vna homines iunctim cum Ioue menſa capit.
Nam quoties legimus Hagani Baſia Phœbi,
Nectare potamur, veſcimur ambroſia.
At tu conuiuas qui nos facis eſſe Deorum;
Aut Iouis eſto, aut ſit Iupiter ipſe tuus.

De eodem Io. Secundo ad Venerem

EPIGRAMMA.

HActenus occulti cæleſtia ſemina Amoris,
Vdaq; de gelidis baſia nata roſis
Extulit in lucem, ille tuus Cytherea Secundus,
Cuius Acidalio pectora rore madent.

Felix,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Felix, qui primus cecinit tam clara reperta:
Delius hac cedit laude ſecundus ei.
Mentior, haud cedit, ſed cedere cogitur, inde
Ante diem exceſſit inuidia ille Dei.
Ceſſerit inuidiæ ſed quamuis morte Secundus,
Laude tamen viuit poſtumus ipſe ſibi.
Et dum diua tuum nomen numenq; coletur,
Vnicus in terris vſque Secundus erit.

In tabellam magnæ matris & pueri Ieſu effigiem luculenter depictam repræſentantem.

O Pura & alma caſtitas
Diuina mater, adſpice
Complexa natum: qui ſator
Tuuſq; & orbis exſtitit.
O Virgo plena gratia,
O clara Virgo gloria,
Lætare: nos & adſpice
Tibi Mariâ ſupplices.
Tu lude dulcis puſio
Parentis in ſinu cubans:
Et lumine illo nos bea
Per quod ſerenas æthera.
His quæſo mitis arbiter
Nobis tremendo tunc die
Quum nube celſus ardua
Iudex clues mortalium.
Gaudete ſæcla gentium
Infans hic omnium ſalus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Mortis catenam ſregit, &
Cæli recluſit ianuam.

Ad Reuerendum Patrem Bernardum Bauhuſium de Hymnis ab eo publicatis vulgari lingua.

BAuhuſi Patres inter venerande ſacratos
De Ieſu dictus quos habet ordo ſuos:
Qui potis es caſtis epigrammata pangere chartis
Dulcia, ceu purum mel tibi formet apis.
Inq; tuis labris Dea ſeſſitet Attica Pitho:
Viſa Periclæo quæ fuit ore loqui.
Alter amet Venerem, cantuq; ad ſidera tollat,
Infandoque ſalax verba lepore ſtruat,
Inſidioſa bonæ pubi, dum mollibus aures
Detinet illecebris corda animoſque petens.
Tu grauiora ſecutus honeſtæ pondera mentis,
Qua Deus ingenuos ad ſua ſacra vocat,
Perge iter incœptum, Chriſtoq; tua adſere ſcripta.
Præmia cultori reddet hic æqua pio.
Hoc ductore tuis cedet laus inclyta Muſis:
Hoc ſine vaneſcet per ſtudia aptus honor.
Quod reliquum, ſic triga tibi ter terna ſororum
Adſit, Hyantæos & det adire lacus,
Incipe diuinos procudere nauiter Hymnos:
Et noua Belgarum carmina ferre choris.
Carmina vernaclo ſermone ligata decenter:
Carmina Pleumoſij tincta liquore ſalis.
Crede mihi pueros non hæc modo ſcripta iuuabunt,
Serior hinc ætas commoda & ipſa feret.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Sic tibi cum fructu multorum gloria creſcet
Publica, priuatim nullo abolenda die.

In effigiem illuſtris Viri Anſelmi Adurni, Comitis a Cortwijck, Baronis a Poltrain.

ILle vides, Tyrio qui fulget Adurnus in oſtro
Anſelmus, magni ſoboles illuſtris Opiti:
Cuius ab auguſta patrij ſplendoris imago
Fronte micat, generiſque decus teſtatur honorum
Scipio quod Princeps Ligurum promiſit in ora,
Et per ſe ſublime, magis magis extulit auctum,
Sequanica de gente Ducum fuit intimus olim
Audaci Carolo, atque priori ætate Philippo,
Qui Morini orbis Heri: fuit inquam dextera vtriq;
Conſiliumque: probant animos & fortia geſta
Illius Europæ Reges, Aſiæque Tyranni:
Quos horum interpres magnis de rebus adiuit,
Et flexit verbis in publica vota diſertis
Haud ſemel: excellens fidei, morumq; verendus.
Ante alios Vſumcaſſanum. Perſica cui tunc
Parebat regio, ſoliumque & ſcamna Darii:
Inque itere hoc obiter Syriam luſtrauit, & vna
Culta Paleſtinæ: Nilumque & Oſiridis vrbes,
Arrabiæque plagas felices germine odoro;
Et quicquid rari Libycis gerit Africa in oris.
Ad regem quoque Scotorum Legatus, opimo
Auxit honore, creatus Eques, quorum inclytus ordo
Regius: adſcriptuſque Senatus Scotici in albo,

Res regni illius promouit mente manuque:
Emeruitque trium pagorum iure Toparcha
Pleno inſigniri. Iacobus muneris auctor
Tertius. Ille virum complexus ad omnia ſummum,
Indigenam veluti ciuem conſtanter amauit;
Quid loquar Eufemiam vt Regis tunc forte ſororem
Vi ſubita tempeſtatis per cærula pulſam
Ad litus Flandrum, quum Sluſam intraſſet, & inde
Veniſſet Brugas, exceperit hoſpite tecto.
Hic vbi mole noua templum præſigne, vetuſtis
A Solymis nomen culmenque adtollit ad aſtra?
Poſt que duo menſes illic ita comiter actos,
Auſpicio Comitis qui Belgica ſceptra gerebat,
Incolumen lætamque reduxerit ad patriæ arces?
Inceptum proauis perfecit rite ſacellum,
Conſpicuamque globo turrim procul aëre in alto.
Auratum iuſſit populis iactare nitorem.
Credas è pharetra Solis ſumſiſſe ſagittas,
Quas fului imbutas iaculatur luce metalli.
Hinc cenſus auxit templi, biſſena quotannis
Præbia, femineum in ſexum, quibus arcta domi res,
Inſtituit, viduas tædæ miſeratus egentes.
Tandem quum pacis componere fœdera vellet
Ipſum inter Regem Scotum, fratremq;, nefanda
A Spurio miſſa ad facinus manu; ei obuius vltro
Iuit, & intrepidum pectus proiecit in enſes.
Cæſus ab his obijt. Lacrymas age turba Nepotum
Ponite, non obijt. Pietas illum intulit aſtris.
Pax vbi templa tenet nulli violanda profano,
Amne voluptatis liquidæ exundantia ſemper.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Illic Indigetum conſors colit æthera felix.
Vos colite exemplum memores virtutis auitæ:
Et famam ingenio factiſque extendite in æuum.
Sic quæ ſæcla canunt vos nunc Heroibus ortos,
Poſteritas merito agnoſcat GENVS ESSE DEORVM.

In librum epitaphiorum à Franciſco Sweertio collectum & publicatum

ELEGIA.

RES hominum vicibus fortunæ obnoxiæ, agũtur
Undiq; in incertũ. Nam Dea lucis egens
Voluitur ancipiti vertigine rapta: nec vllum
Ius reuerenter habens celſaque & ima domat.
Ipſe Homo ad arbitrium Mortis, ceu fictile pegma
Soluitur, & ſubita cuſpide tactus obit.
Merx enim & hæc nequã eſt, gemino quoq; lumine
Parcere ſi cupiat, parcere cæca nequit. (capto
Quis vel magnatum, quem ſaluum purpura ſeruet?
Regius ipſe cita eſt morte caducus apex.
Ergo ne clarum pereat necis impete nomen,
Quæritur eualeat quo ſuper eſſe modus:
Nec viſus potior, quam ponere pulchra ſepulchra:
Manſurumq; decus perpetuare notis
Aut ſaxo, aut æri inſculptis, obliuia contra
Temporis annoſi, vimq; vtriuſque Deæ.
Huc itum eſt paſſim: ſeu Vir, ſeu Femina, cordi
Hoc habuere, ſacer ſtaret vt vſque lapis.
Stemmataq; edurum præferret auita metallum;
Et puero infanti ceſſit hic aptus honor.

Muta loquebatur præſcriptio ſanguinis ortum,
Duceret ingenuum quo ſibi quiſque genus.
Cernimus in templis titulos ita fulgere priſcos,
Hic vbi mole ſtata corpora velat humus.
Tum regio ſacris quæcunque eſt adſita templis,
Oßa ſepultorum quamlibet ipſa tegat:
Non tegit acta tamen. Virtus a morte ſuperſtes
Viuit, & in cano marmore clara micat.
Saxa ſed ore ſuo conſumit & ære vetuſtas:
Sæpe etiam flammis diruta & enſe cadunt.
Ne poſthac caſu poſſint abolerier vllo,
Sweertius auxilium mente manuq; ferens
Præſtitit, & ſollers librum congeſſit in vnum
Manibus inſcriptum quicquid vbique fuit,
Aure tua dignum Lector, licet abdita multa
Longinquiſque forent multa petenda vijs;
Huc illuc diſperſa: pari ſic pectore frugum
Munera Triptolemum diſſeruiſſe canunt.
Enneæ Cereris poſtquam alma reperta ſecutus
Glandibus abiectis nos ſegetum auxit ope.
Laus vtriuſque meret grates, celebretur vterque;
Dentibus ille dapes, mentibus iſte dedit.
Concordique choro iam dicat natio quæuis:
Orbis delicias en gerit vna manus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

In commendationem libelli pij idiomate Flandro conſcripti a Paullo Marino

EPIGRAMMA.

CAntica ſacra Patri rerum celebrate Camenæ:
Iampridem Veneri ſat Pueroque datum
Aligero Veneris, qui cuſpide terruit orbem,
Miſcuit & dulci melle venena mala
Mentibus incautis; dux vitæ dîa voluptas
Dum fuit, & placuit cuique cupido ſua.
Facta profanorum ſileantur adultera Diuum,
Iupiter & Mauors in ſitu vterque ſenent.
Illa chorus Vatum cantu ſuper æthera vexit:
Carmine Mæonio numina nomen habent.
Chriſticolis ineunda pijs alia eſt via. Virgo
Mater honoretur magna, Deuſque puer
Bis genitus, Patri æquæuus, qui membra caduca
Induit, vt lapſos erigat, inque domum
Attollat patriam, cæleſti ſorte beandos,
Si modo conſtantes viderit eſſe fide.
Hi rarum meruere melos: colere hos decet omnes
Et canere, ingenium tam quibus acre viget;
Et certos datur in numeros adſtringere verba:
Quam quibus obtuſo pectore vena iacet
Segnibus ignariſque. pari conamine laudes
Et grates referant pro pietate Deo
Vni ac tergemino cœlique Quiritibus, altum
Lucifero eiecto qui ſubiere polum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Si nequeunt trepidantque, Liber vere aureus iſte
Quem legis, auxilium nobile vtriſque feret.
Argumenta ſerit paſſim nam plurima doctis:
At rudibus factos exhibet arte modos.
Vulgauit talem Paulli pia cura Marini:
Ex merito æternum floreat huius honor.

IANI

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

IANI LERNVTI

B A S I A,

Genio geniali caſtæ Veneris ſacra.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

IANI LERNVTI

Ad Nobiliſſimum Virum

MAXIMILIANVM VRIENDIVM

intimum mihi amicum

PRÆFATIO.

HÆc inſcripta vides tibi quæ mea Baſia, Vriendi,
Annos per plures delituere ſitu
Abdita in obſcuro, dum nos tot caſibus actos
Tantum non peßum Tiſiphonea dedit.
Ne mala noſtra minutatim nunc cuncta reponam,
Eheu plus ſatis eſt quæ toleraſſe ſemel,
Scis quam continuis bellorum agitemur in vndis
Huc vſque, & quantas rerum hominumq; vices
Senſerimus, macti male dira peſte fameque,
Vt nomen nobis vix ſuperet Morinum?
Poſtquam perfidia Pœni res publica lapſa eſt,
Atque impune malis quod libuit licuit. (vltra,
Scis quoq; me luſtrum quinquenne per integrum, &
Libertate paterna, & caruiße domo.
Pluraq; perpeßum, quam ſub Buſiride quiſquam
Ante, vel Atracio pertulit Antiphate.
Quis tantas inter turbas cladeſque neceſque
Caſtaliam placido pectore potet aquam,
Aut Vatum contracta ſequi veſtigia curet?
Quis decus affectet nobile ab ingenio?

Sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Sed bene conuertit vultum Adraſteia gubernans,
Aurea poſt denſas lux rediit tenebras.
Nunc olim miſſos iuuat inſtaurare calores,
Et teſtudinea carmen hiare lyra.
Suauiaque auſpiciis dimittere lucis in oras
Noſtra tuis, nimium quæ iacuere diu.
Nam quum conſtanter toties laudaueris illa,
Vt poſſint credi perplacuiſſe tibi,
Cur ſciolos metuant? Claria clariſſimus arte
Eſt mihi pro Criticis Vriendius innumeris.
Accipe læta meæ lætus monumenta Thaliæ:
Accipe iudicio dona probata tuo.
Tamque diu hoc noſtri duret tibi pignus amoris,
Dum Deus in terris nomen habebit Amor.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

IANI LERNVTI
Baſia.

BASIVM I.

AT vos Chaldæo incerti pendetis ab ore,
Et ventura magis quæritis in numeris?
Sanguineus ſi quando minaci ardore Cometa
Territat & Reges, territat & Populos.
Siue nouum ſidus ſolitis Deus adijcit aſtris,
Seu Lunæ ac Solis lumina deficiunt.
Rurſus & abiectas leges pacemque doletis,
Cum fera ciuilis fertur in arma furor.
Præterea peſtem, febres, incendia, caſus,
Et tot fallacum triſtia facta hominum.
Verus amans ſolo percuſſus pectora amore;
Scit cauſſam atque horam funeris ipſe ſui.
Nec timet ex alto capiti impendentia fata,
Nec maris & terræ cæca pericla timet.
En ego formoſo dominæ dum pendeo ab ore,
Certum eſt, baſiolis mollibus immoriar.
Quin vbi pallentes Erebi nouus aduena ad vmbras
Venero, iamque atram per Stygâ lintre vehar,
Si cineri illa meo aut gelido ferat oſcula ſaxo,
Quo ſita ſub ſaxo cum cinere oſſa mea;
Ilicet in vitam inuito vel Dite reuertar,
Et ſpernam quidquid continet Elyſium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

BASIVM. II.

AVt da baſiolum tenerum mihi, Vita, petenti,
Baſiolo caſtus non violatur amor.
Aut dem baſiolum tenerum tibi, Vita, volenti,
Vix minor optari res in amore poteſt.
Aut ſi vtrumq; negas, rapiam ſine, Vita, neganti
Sæuitia facili baſiolum tenerum.

BASIVM III.

LAbella bella Hyellæ,
Et vos genæ virentes,
Et vos nigelli ocelli,
Quibus inſidet venuſtas,
Quibus inſidet voluptas,
Riſuſque, Gratiæque:
Vobis labella bella,
Vobis genæ virentes,
Vobis nigelli ocelli,
An creditis carere,
Meque abſtinere poſſe?
Non ſi mihi labores,
Non ſi mihi furores
Sint Herculis ferendi:
Non ſi venena certa
Det haurienda Circe,
Vobis carere poſſim,
Meque abſtinere vobis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Agedum labella bella,
Agedum genæ virentes,
Et vos nigelli ocelli,
Animam foras vocate,
Animam meam intus ægram
Corque irrigate feruens
Dum promulo ore vobis
Hoc oſculum propino.

BASIVM IIII.

VT mihi ſanguineis placuit mea Hyella labellis;
Miſi cor dominæ; ipſe quoque vt placeam.
Sed dominæ captum illecebris captumque lepore
Non rediit, manſit mellis in alucolo.
Ergo excors, animæ ſuſpiria nuntia miſi,
Illa remiſſa licet ſæpe abiere retro: (res,
Nec norunt vbi ſit, nec quas male tranſfugum agat
Tantum flatu ignem pectoris vſque animant.
Nunc animam mitto, quæ ſi ipſa quoq; hæſerit illic,
Ne peream exanimis quid potius faciam?
Neſcio, ſed fallor, ſcio: blanditim ora labellis
Iungam, & lingua ori quidquid ineſt penito
Scrutabor penitus: ſic vel ſuſpiria pellam,
Et cum corde mibi reſtituam ipſam animam.
Aut hoc ſi nequeo; moriar ne ignauus, inultus,
Quæ me ſurripiunt oſcula ſurripiam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

BASIVM V.

AN parat in nitido ſe lux mea fonte lauare?
Quam cupiam fontem vertier in nitidum?
Qui ſiue intactæ libatus virginis ore
Diluerem accenſam frigidulo amne ſitim,
Siue pedem abluerem, crineſq; & eburnea membra,
Omni a parte omnes ſufficerem illecebras.
Vtque olim Eridanus Phryxque eſt Puer additus
Et Crater potuit ſidus habere ſuum, (aſtris,
Sic fortaſſe aliquis, poſt tactum atq; oſcula, cum iam
Inciperem Hyblaeis dulcior eſſe fauis,
Aſpiciens cœlo diffuſum, diceret: ante
Orbita erat lactis, nunc quoque mellis erit.

BASIVM VI.

HVnc roſeum florem dono tibi muneri Hyella,
Aſpicis vt liquido fulgidus igne micet?
Sic micat illa tuis quæ ſplendet purpura malis,
Murice Sidonio purpura lucidior.
Nec fragrat minus, & ſuaui blanditur odore,
Auram Luciferi ſideris eſſe putes:
Luciferi certe ros ſideris imbuit illam,
Sideris & floris nam domina vna Venus.
Illius aura leues ſed celſior exit in auras,
Proximus hic ſuaui gratus odore ſuo eſt.
Pro me blanda tuis igitur ferat oſcula labris,
Cum cupies grato floris odore frui.

Nam

Nam licet & caſiam & flores, & cinnama ſpires,
Ne pigeat roſeo, lux mea, flore frui:
Ne pigeat nitidis ſertum impoſuiſſe capillis,
Compta ſibi ſertum ſit licet ipſa coma.
His ſeſe vmbrabat ſertis & nuda Dione,
Iudicis Idæi ſtaret vt ante oculos.
His quoque gaudebat iuueni cum mitis amato
Delicias omnes diceret & faceret.
O quoties Phrygij recubans Simoëntis ad vndam,
Dum ſtudet Anchiſæ culta placere ſuo,
Non alijs pectus collumue ornare corollis,
Non alio ſolita eſt pingere flore comam.
Sæpe illa Æthiopũ ad menſas,aurũ atq; ſmaragdos
Reſpuit, & placuit flore reuincta ſuo.
Sæpe animum,Vulcane, tuum poſt retia lentum
Cepit puniceis conſpicienda roſis.
Nec Marti munus potuit dare gratius vllum,
Quam florem potuit cum dare Diua ſuum.
Felix flos, nimium felix : ſic ergo beatus
Oſcula tu capies, oſcula te capient?
Inuideo flos belle tibi; miſere ipſe miſellus
Oſcula non capiam, oſcula tu capies?
O vtinam in partem facilis me admittat, & iſtas
Det pariter tecum carpere delicias.
Hærebo dominæ roſeis vt hirudo labellis,
Nec ſaturum auelli me temere inde ſinam:
Candida nexilibus ſed ſtringens colla lacertis,
Vincam flexipedis ambitionem Hederæ:
Dum ſenſim oppreſſo blanda inter ſuauia ſenſu,
Immittam exanimatam illius ori animam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Mox lingua vuidula fugitiuam & dente ſecutus,
Miſcebo binas iuncta per ora animas.
Atque ita non noto contingens nectare vtramque,
Efficiam gemini corporis vnam animam:
Imo vnum potius corpus duo corpora noſtra,
Corporis vnius vnam animam efficiam.
Quod vere vt poſſim, tibi ſi mea munera grata,
Redde vicem, & florem da mihi, Vita, tuum.
Non ego virgineum venio temerare pudorem;
Tantum eſt; quod flori, mî quoque fac liceat.
Sin minus, & floris ſpecta quam ſit fragile æuum,
Et ſi non noſtri, ſis memor ipſa tui.

BASIVM VII.

Vita mihi mors eſt, & vita odioſior ipſa,
Cum tibi, Lux, nequeo baſia pauca dare.
Quod ſi quando mihi (quæ certe copia rara)
E roſeis liceat ſugere mella labris:
Vita quidem mors eſt, ſed vita optatior ipſa,
Cum Ioue nam videor tunc deus eſſe mihi.
Tu labris committe meis tua mellea labra,
Et da purpureo, Lux, fruar ore tuo.
Ah nec vita mihi mors eſt, nec mors mihi vita eſt,
Neſcio quid patiar, ſed ſcio quo potiar.
Et ſatis hoc; tu vita vale, vale & mihi mors tu,
Os mî iſtud cœlum eſt, vitaque morſque nihil.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

BASIVM VIII.

MOlle reluctanti rapio dum baſium Hyellæ,
Dum ſatiare auidum cor in amore aueo:
E medio mihi corde, animam rapuere labella,
Hei nata in pœnas bella labella meas.
Quare animam ſodes actutum redde, deinde
Bella labella mihi perge negare tua.
Vel ſi te raptus delectat, deſine Hyella
Vſque labella mihi bella negare tua.

BASIVM IX.

BElla calent, ſæuiſque calet gens omnis in armis,
Ipſe etiam accendit Mars puerile ſecus.
Sed quæ mens atram per vulnera quærere mortem?
Imminet, & tacitis ſponte venit pedibus.
Nec Deus eſt infra, mitem qui conſerit vuam,
Nec Dea quæ frugum munere veſtit agros:
At Styx, at Stygius pandens tria guttura cuſtos,
Tiſiphoneque feris anguibus hirta caput.
Illic luminibuſque cauis & pallidulæ ora
Vmbræ errant craſſa nocte die in nebula.
Nos potius dum fata ſinunt, viuamus, amemus;
Sectantes dulcem, Lux mea, militiam.
Atque vtinam implicitos nexu ſic ambo ligare
Velles, vt morti ſit ſoluiſſe nefas.
Chaoniæ exemplum tibi ſint in amore volucres,
Mordenti roſtro carpere baſiola

Gaudentes ſemper: finem nam quiſquis amoris
Quærit, quem quærit non habet vllus amor.
Luna prius ſparget radios ac tela diei:
Et Tarteſſiaca Sol orietur aqua:
Flamma per arentes prius extinguetur ariſtas;
Inque mari vndoſo viuere diſcet aper:
Quam me ſuauiolis poterit ſatiare Cupido,
Paſcar & his viuus, paſcar & his moriens.
Quod mihi ſi tales epulas, mea, ponere pergas,
Conuiua Oceani nec Iouis eſſe velim.
Si dabis ex animo, fiam immortalis in illis,
Baſiolum vnum ipſam condiat ambroſiam.
Qualibus in curis cuncti ſi viuere vellent,
Et Syrio nardi tingere rore comam:
Non acies, non bella forent, & pace quieta
Cantaret patrias dux gregis inter oues:
Nec toties vaſtata igni ferroque cruenta
Funditus in cineres Belgica corrueret.
Hæc certe ſeri poterunt laudare nepotes,
Nullius oppreſſæ ſanguine plebis alor.
Tu modo dum viuis fructum ne deſere vitæ,
Oſcula ſi dederis, reddita, lux, capies.
Ac veluti folia heſternam ſpreuere corollam,
Aut collo extiterat quæ decus, aut capiti:
Sic nobis quibus ales Amor nunc leniter afflat,
Gaudia turbabit craſtina forte dies.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

BASIVM X.

FErt geminas mea Vita roſas vno oris in orbe,
Altera lacteola eſt, altera punicea eſt.
Labra roſis ſunt tincta rubris; at circulus oris
Prouocat albentes æquiparatque roſas.
Cum niue non tacta minium ſic certat Iberum,
Sic cana Autumni tempore mala rubent.
Spiritus ipſe roſas roſeo diffundit ab ore,
Et ſpirat quidquid cum Zephyro Enna parit.
Quæ miratus Amor, iam cedant oſcula matris,
Os, ait, hoc nobis mattya vera dabit.

BASIVM XI.

QVi fugis illimi curſu per lubrica ſaxa
Fons ſacer, & liquidæ porrigis agmen aquæ,
Si Puer ille tuis etiam tibi notus in vndis,
Qui medio Neptunum vrit in Oceano,
Quique Iouem toties ſuperis deduxit ab aſtris,
Iuſſit & in pluma diſſimulare deum,
En formoſa tuo mea Lux lauat ora liquore,
Verte vrnam, & tota deſere mole caput.
Nunc tua te fortuna vocat, licet oſcula ſumas,
Oſcula cœlitibus trans mare digna peti.
Alpheo certe longe es felicior ipſo,
Quod procul ille ambit, hoc tibi adire datur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

BASIVM XII.

DE te ſi quidquam dici pote candida Hyella,
Quod de cœleſti dicitur ambroſia,
Iſto cum ore tuo (tantum cupias modo) poſſis
Siſtere iam labris profugientem animam.
Si me immortalem omnino vis reddere, Hyella,
Baſia da, omnino quod cupis efficies.

BASIVM XIII.

QVæ pectus tibi ſollicitũ noua murmura turbãt,
Quid terere incœptum, Vita, grauaris iter?
Tantine vlla tibi mendacis fabula vulgi,
Vt iam diſpliceant quæ placuere diu?
Inuidia infelix ſine ſe, Lux, ipſa fatiget,
Formoſis raro parcere fama ſolet.
Mens tua nullius facti ſibi conſcia turpis,
Aſpice, Sol, puras, & ſine fraude manus.
Quod ſi noſtra vlli forte eſt ſuſpecta voluptas,
Ergo voluptatem proijcere ægra pares?
Iſta ſenes licet accuſent mera ſuauia duri,
Nos iuuet inter nos ſuauia ferre mera.
Illi animum priſcis aſtringant legibus, at te
Dum tua forma manet, ludere vita monet:
Et dare conſertim vibrantibus oſcula linguis,
Et capere, alterna nam vice gaudet amor.
In collo tibi dente meo veſtigia ponam,
Indicet vt liuor te tenuiſſe tuum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

In collo mihi dente tuo veſtigia pones,
Indicet vt liuor me tenuiſſe meam.
Iſtis complexam pudeat te hærere lacertis?
Cur pudeat? nulla hic digna pudore nota.
Iſtis contentum pigeatne hærere labellis?
Dij melius, poſſunt nil dare dij melius.
Sed ponet rumor, libeat tibi, Lux mea, mecum
Auia ſecretis rura habitare caſis.
Illic incincta poteris comes ire Dianæ,
Prima coronatas inter Hamadryadas.
Illic aëria Muſas e rupe canentes
Cernere, & Aonios imbibere aure modos.
Carmina erunt Muſis, patris tot dulcia furta,
Fluxerit vt Danaës aureus in gremium.
Vtq; olor Eurotæ ſteterit prope flumina falſus,
Luſerit & taurus falſus Agenorida.
Quod ſi nemo faces arcumque Cupidinis exit,
Tam lata in culpa cur metuam eſſe reus?
Nec te virginei moueat reuerentia ſexus,
Hic quoque ſcit ſexus, quam ſit amare bonum.
Si tamen in ſyluis quædam vim paſſa iugoſis
Phœbei mater pertulit eſſe Lini:
Hic vbi me ſacræ ſtatuent in parte coronæ,
Et medius læta fronte micabit Amor:
Tunc ego velari patiar mea tempora myrto,
Te ſine namque lyra eſt muta ſine arte mea.

BASIVM XIIII.

BEllule flos, grata rutilans qui luce reſulges,
Quã proprio accendit ſanguine diua Venus;
Quando ori formoſa illi te iunget Hyella,
Unde in nos torta cuſpide ſæuit Amor:
Pro me pulchra meæ Veneris venerare labella,
Nomine & hæc illis dic bona verba meo:
Æmula Pæſtanis longum florete roſetis
Tunc quoque cum veniet non reditura dies.
Et ſi quis cœlo eſt Liber Deus, ille Coronæ
Adijciat binas concelebretque roſas.

BASIVM XV.

HEſterna, mea lux, cum feſſus nocte cubarem,
Nec poſſem mœſtæ ponere mentis onus,
Tandem vbi Sol ſummo cœlum rubefecit ab ortu,
Aſtraque laſciuos deſeruere choros:
Poſt lentas animi curas, poſt tædia lenta,
In ſomnum ſomno lumina victa dedi.
Hic tu cuncta tibi ſimilis vultumque habitumque,
Ante pedes lecti es viſa ſedere mei:
Cumq; ego conarer proſerpere in oſcula, nullum
Baſiolum potui vel dare vel capere.
Et tamen ah quoties viſus mihi tendere dextram,
Teque auida iam iam corripuiſſe manu!
Fruſtra: nam ſimul ac inicici brachia collo,
Colla retrocedens ſubtrahis oſque mihi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Sic fugit exultim natitante per aëra penna,
Et captatorem ludit inante culex.
Neſcio quid ſperem; cupido male ſubdola amanti
Si, lux, in ſomnis gaudia vana negas.
Felix Endymion præ me, licet oſcula non det,
Accipit in ſomnis oſcula multa tamen.
Sed ſcio quid ſperem, non vis dare gaudia vana,
Nec cupidum fictis ludere baſiolis.
Spes mea ne fallat, da, lux, mihi gaudia vera,
Et cupidum veris imbue baſiolis.
Sic ego non Lunam præ te, non Latmia ſaxa,
Cum cœlo ſpernam cœlicolam at Venerem.

BASIVM XVI.

SOl mundi vigil, ætherijs ſi forſan ab oris
Siue ſub hac myrto ſiue ſub hac platano,
Cernis in amplexus teneros me ſerpere amicæ,
Atque animum blandis paſcere ſuauiolis:
Parce tui Clytiæq; memor, memor ante malorum
Te quibus atque illam perdidit inuidia.

BASIVM XVII.

NOnne hæc eſt manus illa, meo quæ vulnera cordi
Tot dedit, atq; animum torruit igne graui?
Ecce manu conſtricta mea eſt, via nulla nec ars huic
Arripere optatum qua queat effugium.
Nec faculam gerit, aut ferro metuenda volucri
Aſpera in aduerſum mittere tela poteſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Fas ſit Amor vindictã aliquam modo ſumere; duras
Non dabo, baſiolum ſat mihi molle dare.

BASIVM XVIII.

NAm quo flore tuus mihi ſpiritus imbuit ora,
Ora mihi quoties iungis Hyella tua?
Credo equidem, nec fallor amans, tibi Cypria odores
Naſcenti cunctos indidit Arabiæ.
Et tibi ſponte caput circum roſa ſerpit honeſtum,
Fontis Acidalij pota liquore roſa.
Sed mihi quando tuis fas conſerere oribus ora,
Et recreare animum ſpiritu Hyella tuo?
Septima iam redit abiectis Aurora tenebris,
Nec tua fas ſaltem conſpicere ora mihi.
Cor actum dulci ſtimulo te Lux mea quærit,
Vt quærit fœtum bucula per ſilüas.
Ipſe animus micat vſque, tuis imo ignibus ardens
Liquitur, vt telis nix medio icta die.
Pone morã, & ſæuos mihi quos mora publicat ignes,
Temperet hos animæ flos mea Hyella tuæ.

BASIVM XIX.

VInclis age ſolue papillas,
Gemina hæc cur candida poma,
Gemina hæc cur flammea fraga
Sic fibula vana coërcet?
Latere informia fas eſt,
Nefas eſt pulchra latere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Oculis aurum eijce purum,
Flammiſque interfice flammas,
Penitus quibus intus aduror.
Sic ignes ignibus olim
Reſtinxit Iupiter, axis
Cum cœli arderet vterque.
Profer decus oris eburnum,
Et labra micantia pande.
Nolo nunc baſia centum,
Nolo, lux, baſia mille,
Vnum mihi ſufficit, vnum
Vel dem tibi, vel mihi, Lux, da,
Geminæ modo baſio ab vno
Animæ conflentur in vnam.
Alia arce, & contege veſte,
Veſte inuidioſa & amica:
Nam quid cupiam omnia, vitam
Vt iam inter baſia fundam?
Satis ab ſatis, imo ſuperſunt
Labra, os, oculi, atque papillæ.

BASIVM XX.

IN ſyluis Erycina ſuo forte obuia Adoneo,
Oſcula aperta dedit, oſcula aperta tulit.
Vidit, vt vna aderat Phœbi ſoror. Et, nimis, inquit,
Idali laſciua es, tam cupide iſta Deam?
Quid culpas Cytherea refert; me nequior es tu,
Amplexus nulli vellere vendo meos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

BASIVM XXI.

Alluſio ad Moſchi carmen de Amore fugitiuo.

NI Veneris male fida fides, ni ludicra pacta,
Ipſa mihi debet baſiolum alma Venus.
Nam vaga dum profugum quærit per compita natũ,
Incertaſque frequens luſtrat obitque vias:
Et pueri nuſquam reperit veſtigia, quo quo
Anxia conuertit proſtituitque pedem:
Sidereis dominæ inueni reparantem in ocellis
Et ſua tela arcus, & ſua tela faces.
Quem cur non prodam? mihi cor expectorat inde,
Inde ſibi iuris ius capit omne mei.
Vt mihi libertas redeat prior illa paterna,
Vt mihi det pactum baſiolum ergo Venus.
Nulla mora eſt prodam fugituum, & duplice fructu
Vulgatæ lætus proditionis agam.
Diua potens Erycis, Cœlo generata parente,
Quærere mitte, tuus nam tibi ſaluus Amor.
Aſpicis hanc leui nitidam mage marmore frontem,
Aſpicis hæc cilijs lumina cincta ſuis,
Lumina nigra, meæ niuea ſub fronte puellæ,
Qua prior a facie nulla puella tua eſt:
Hic latet, hac celſa vigil inſidiator ab arce
Seruitij nectit vincula dura mihi.
Tu face libertas redeat prior illa paterna,
Tu mihi da pactum baſiolum ergo Venus.
Sin eſt vt nolis, quod debes ſoluat Hyella,
Illa mihi pro te ſola ſatisfaciet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

BASIVM XXII.

TV quæ cœlitibus menſas ac pocula ponis
    Inuicti coniux Amphitryoniadæ
Vis Hebe exhilarare Deos? cum nectare miſce
    Exceptum Veneris halitum ab ore meæ.

BASIVM XXIII.

NOn ſitit in medio torrenti flumine potans
    Tantalus, & refugis luditur arboribus?
Hæc ipſa exercet me fabula, quo tibi plura
    Baſia do, capior hoc tibi plura dare.
At tu ſi noſtrum cupias ſedare furorem;
    Nam ſedare potes, non ſatiare potes:
Cum te mille rogo, da bis mihi baſia mille,
    Cum centum, centum bis mihi baſia da.
Adijce ter centum, terque adijce baſia mille,
    Atque hæc ter triplicans, illaq; ter triplicans,
Tot mihi tot cupide cupido da baſia amanti,
    Aſſyrius nequeat quot numerare Conon:
Ille Conon, numerare tamen qui meſſis ariſtas,
    Ille Conon ſtellas qui numerare poteſt.
Innumerum repetens numerum mox ipſe, viciſſim
    Baſia bis centum, bis tibi mille dabo:
Ter-centum adyciam, adyciam ter baſia mille,
    Atq; hæc ter triplicans, illaq; ter triplicans
Omnia conturbabo, & tot ſimul inſuper addam
    Aſſyrius nequeat quot numerare Conon.

Tum veluti flos impreſſo ſucciſus aratro
Languet, & aridulis deſeritur folijs:
In gremio ſic, Vita, tuo ceruice refuſa
Deficiam captus ſenſibus atque anima:
Donec inexpleti renouato ardore furoris,
Igne iterum incipiam exuri & obire meo.
Sic quoque conſumtum Tityo iecur vſq; recreſcit,
Præbeat vt diro pabula vulturio.

BASIVM XXIIII.

LVx mea quæſo niuē calidā mihi? deſipis inquis,
Nix vbi terrarum viſa tibi calida?
Porge manum formoſa, manus nix candida, calda
Iſta tua, ardoris maxima cauſſa mei. (reæ,
Pulchra manus, mellita manus, Veneris facula au-
Cur mihi tam raro cernere te licitum eſt? (non
Cur non cum libitum eſt, licitum eſt te tangere? cur
Cum libitum eſt, licitum eſt ſumere baſiolum?
Pulchra manus, mellita manus, Veneris facula au-
Pace tua liceat baſiolum capere: (reæ,
Baſiolum ardoris quod noſtri incendia ſedet,
Atque abigat mæſti nubila ſpiſſa animi.
Me miſerum, vix en licitum eſt te cernere, candor
Perſtrinxit clara luce repente oculos.
Ipſe animus trepidans membris hinc inde relictis
Fugit, & ad labiorum oſcula ſe rapuit
Impatiens aſtus: quid nunc ſi tangere coner,
Et dem marmoreis baſiolum digitis?

Haut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Haut dubium certo ſtabunt mihi gaudia luctu,
Non potero ardoris vim bene ferre mei.
Me miſerum, ſic ergo manus te tangere parcam,
Nec dabo marmoreis baſiolum digitis?
Quin potius male ferre mihi certum illius eſt vim,
Ut lubet in venis æſtuet illa meis. (rea,
Pulchra manus, mellita manus, Veneris facula au-
Pace tua liceat baſiolum capere.
Quod niſi quamprimũ capio, mihi quantulacumq;
Præ deſiderio mors erit ipſa, mora.

BASIVM XXXV.

CAſta Sacerdoti Cybeles da baſia Gallo?
Baſia nulla mihi da, niſi des aliud.
Nam ſeu mille tibi do baſia, ſeu mihi mille
Baſia das, niſi des, Lux ſuper hæc aliud:
Non tamen expletur, non fit ſaturum inde meũ cor,
Quin magis ardeſcit, fitque cupido furor.
Haud aliter candens ferrum flamma acrius vrit,
Haud aliter potas appetit æger aquas.
Baſia ſed cum das, da pluſquam baſia. ſic quæ
Ore Venus nunc es, re Venus altera eris:
Sic Eryſichthonia infelix qui ſorte laboro,
Alter ero Anchiſes, alter Adonis ero.
Sed nimium volui; nec mos ſinit iſta pudorque.
Baſia, Lux, tantum da mihi, nolo aliud.
In cœtu illo etiam fœda eſt & fluxa voluptas,
Hoc amo, quod poſſum cum cupio capere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

BASIVM XXVI.

RES fuit in votis olim mihi plurima, & aurũ,
Cultaque felicis iugera multa ſoli.
Sed caſus rerum dubios mortiſque ſuperbæ
Iura videns, vidi me temere eſſe auidum.
Det mihi ſponte ſua mea Lux ſæpe oſcula, magno
Cæſare maior ero, nil cupiam Vlterius.

BASIVM XXVII.

BAſia de geminis conchatim nata labellis:
Nataque de geminis bina labella roſis,
Quæ rictu modice diducto promere riſum,
Et modice adducto condere rurſus amant:
Riſum quem fugiunt curæ, ſuſpiria, luctus:
At ſectatur Amor, Gratia, & ipſa Venus;
Baſia cœleſti vbertim rorantia melle;
Atque Cytheriacis ebria delicijs.
Quorũ ego conceſſum mihi dum ſorbillo liquorem,
Nectaris inuideo pocula nulla Ioui.
Et tu cinnameũ os, penetrante quod halitu in ipſum
Cor meum odoratas Arabiæ indis opes,
Vnde intus ſine fruge ſatur rerum omnium haberi
Iam poſſum, Phœnix temporis huius ego.
Nam veluti Phœnix ſolari veſcitur aura,
Aura ſic etiam ſolius oris alor.
Vos quoque vos duo colliculi, vos bella labella,
Bella, & Erythræis æmula coralijs,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

In quorum ſeptis natiuum ebur ordine pulchro
Prænitet, & gemmarum Oceani inſtar habet,
Linguaque multiplici ſinuoſa volumine, cuius
Concinno appulſu fit mea ſæpe duplex,
Per Venerem quæſo, ne me male perdite amantem,
Neue meæ cauſſas accelerate necis.
Si caream vobis, mens protinus excidet ægro:
Vitalis non eſt vita aliunde mihi.

BASIVM XXVIII.

EXſtruite hic cellas volucres florentis Hymetti,
Et dominæ in vernis mellificate labris.
Nam quæcunq; meæ libauerit oſcula Hyellæ,
Vltra Cecropias nectar habebit apes.

BASIVM XXIX.

VIderat alba meæ Mauors Pater oſcula Hyellæ,
Alba, ſed & minio picta colore rubra.
Vt ſi quis Parium marmor Tyrio illinat oſtro:
Aut Lunam Æmonio carmine ducat anus.
Viderat, artificemq; manum miratus Amoris;
Namq; Amor ipſe ſua pinxerat illa manu.
Nunc ergo in partem vt venias, nunc Iupiter eſto
Aurum, ait, aut ſerpens, aut olor, aut aquila.
Iſta ego ſi potero tam bella labella potiri,
Vulcani laqueis ſponte capi patiar.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

BASIA GRAECORVM
ex ſeptimo libro
ΑΝΘΟΛΟΓΙΑΣ
Verſa Latine

a

IANO LERNVTIO

& alijs

Ad Nobiliſſimum Virum

MAXIMILIANVM VRIENDIVM

Piladem meum.

Iubetur libellus adire Vriendii ædes.

Parue liber, magnis Græcorum effecte Poë-
tis;
Quorum de celebri laus tibi luce venit.
Laus, quam tot ſæclis ſemper voluentibus ætas
Lædere non potuit, lædere non poterit:
Me tibi & hos vna per quos Romanus haberis
Si quando exibis publice in ora Virûm
Commendo: Vriendij ſodes pete limen amicum.
Non alio poteris gratior ore legi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Baſium Meleagri.

IANVS LERNVTIVS.

CVm zephyro zephyritis adeſt: & lucis in oras
Elicit afflatis germina ſeminibus.
Iam violæ, iam narciſſi, iam lilia florent:
Dædalaq; in viridi veſte ſuperbit humus.
At lateri coniuncta meo mecum mea Hyella eſt:
Illa roſæ geminum quæ gerit ore decus.
Quid mihi rus vernis ſi fragret odoribus? vno
Vincere Veris opes baſio Hyella potes.

IOSEPHVS SCALIGER.

IAm florent violæ, atque imbri narciſſus amicus:
Quæque altis gaudent lilia cana iugis.
Et tempeſtiuis iam florum floſculus annis
Zenophile ſuadæ floret amœna roſa.
Prata quid o vano florum gaudetis honore?
Suauior eſt ipſis ſancta puella roſis.

Ruffini.

IANVS LERNVTIVS.

SVaue eſt ſuauiolum Dominæ, ſummo tenus ore
Iunxerit hoc quamuis leniter & leuiter.
Sed non ſic ſolet illa, ſubit. penetratq; etiam oſſa:
Atque animam ipſam imis eximit vnguiculis.

IANVS DOVSA.

ATtigerit ſummo leuiter te Europa labello,
Sic etiam Europæ ſuaue ſuäuiolum eſt:
At non mos illi hic, ſed & os vſq; ipſaq; tranſit
Oſſa, trahens vſq; ex vnguiculis animam.

Agathiæ Scholaſtici.

IANVS LERNVTIVS.

COnſedi medius geminas forte inter, amator
Fructu vſu alterius, mancupio alterius.
Oſcula rapta mihi tulit hæc, ego diſſimulanter
Oſcula contra iſti fur vti pauca dedi,
Aſſiduam fallens riualem, barbara cuius
Expertæ metuo iurgia ſæuitiæ. (Ector.
Atq; ita ſuſpirans; Pœna inquam haud ſimplice ple-
Hæc me lædit amans, hac ego lædor amans.

IOSEPHVS SCALIGER.

FOrte duas inter ſolus mediuſque ſedebam.
Illam ardebam, hanc non lædere certus erã:
Meque trahebat amans: ego furabundus at iſti
Non totis labris oſcula parca dedi.
Alterius fallens ardores ſcilicet, eius
Diſcidij cauſſas æmula verba timens.
Ingemui, dixiq; ſimul: fortaſſis amari
Vndique ſupplicium par & amare mihi eſt.

Philo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Philodemonis.

IANVS LERNVTIVS.

TEr denos totidemq; annos Charite aurea cōplet,
Suggeſtuſq; comæ qui fuit ante manet.
Nec rugis ſulcata cutis ver ſpirat odorum:
Inque labris Charitum millia multa colunt.

LVCAS FRVTERIVS.

SExaginta explet Charite pulcherrima meſſes,
Surgit & in cinnos crinis vt ante ſuos.
Nec rugat cutis, ambroſios ſed ſpirat odores,
Eque labris ſtillant innumeræ Charites.

Agathiæ Scholaſtici.

IANVS LERNVTIVS.

NOn amo vina nimis: nimium ſed reddere vino
Si me vis, tactum porrige id ore tuo.
Attigeris ſimul ore, Deus ſubit intima Bacchus,
Et Deus in Baccho me ſubito vrit Amor.
Oſcula namque calix ad nos tua tranſuehit, oris
Et mihi flore tui cor animamque rigat.

IOSEPHVS SCALIGER.

NOn ſum vinoſus: vin' me deponere vino?
Hac ſi tu libes pocula lege bibam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Admoris tua labra, nequibo ſobrius eſſe:
Nec fas temeto poſſe carere mihi.
Nam tranſmiſſa tuis ad me fert ſuauia labris
Ille calix, narrans dona ſuperba ſua.

IANVS DOVSA.

Haud meri ego cupidus: madidum ſed reddere ſi (vis,
Porge mihi ante labris pocula tacta tuis.
Libaris modo, iam fieri haud pote ſobrius vt ſim:
Nec fugere eſt lepida miſſa falerna manu.
Oſcula traijciens abs te vehit vda, leporem
Mique refert, traxit quem tuo ab ore calix.

Leontii.

IANVS LERNVTIVS.

Tange calix, tange os, & bella exſuge labella:
Non tibi ego inuideo, ſed quod es eſſe velim.

Meleagri.

IANVS LERNVTIVS.

Lætatur viden' exultim dum mollia Hyellæ
Ora meæ tangens tangitur igne ſcyphus.
Felix; atque vtinam roſeo quoque nos beet ore:
Atque animam quanta eſt ebibat illa meam.

IANVS

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

IANVS DOVSA.

LÆtitiæ quæ cauſſa ſcypho noua? fallor? an autē
Vinula Zenophiles contigit ora meæ?
Felix, applicitiſque vtinam vel amyſtide labris
Ebibat illa meæ quod ſupereſt animæ.

Iuliani.

IANVS LERNVTIVS.

VNguentum tibi mitto, Venus quod condijt ipſa:
Et tamen vnguento non tibi gratificor.
Nam ſimul atque tui perceperit oris odorem,
Ipſo ſe fiet gratius & melius.

IANVS DOVSA.

VNguentum tibi dono, vnguento vti, non tibi honorem
Conciliem: eſſe vnguento vnguen enim ipſa potes.

I. LERNVTI Alluſio.

QVas here noctiferi ſera ſub luce notaram
Quas modo Lucifero mitto oriente roſas,
Non tibi lux gratum vt faciam, facio tamen, atqui
Vt Veneri, hoc eſt flos ne illius intereat.

Dionyſii

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Dionyſii Sophiſtæ.

IANVS LERNVTIVS.

O fiam leuis aura: mihi tuq; obuia ab ortu
Excipias nudo flamina noſtra ſinu.
Aut vernem roſa, ſelectam quam molliter vngui
Colliculo geſtes pectoris in niueo.
Aut me Iuno ſuum faciat Saturnia florem,
Oris uti recreer carptus odore tui.

LVCAS FRVTERIVS.

O vtinam in ventum muter, tuq; ardua in auras
Pectore nuda meas excipias animas,
Aut roſa ſim, quo me manibus releuanſq; terenſq;
Aſſocies niueis, Lux mea, pectoribus.
Denique vel totum commutem in lilia vultum,
Corpore quo ſaturem lumina noſtra tuo.

Paulli Silentiarii.

IANVS LERNVTIVS.

TAntaleis grauiora malis mala nulla profecto:
Sed dolor illius par nequit eſſe meo.
Nam neq; te adſpicere, & roſeis ferre oſcula labris
Vita, nefas illi religione foret.
Eſt miſer, & magnum impendens timet aëre ſaxum
Tantalus, at geminam non pote obire necem eſt.

Ipſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Ipſe Dei iactu certo percuſſus ad oſſa
Deficio, inque cruces mille ego mortis agor.

LVCAS FRVTERIVS.

ET mea Tantaleos vincunt incommoda caſus:
Et minor illius pœna dolore meo eſt.
Relligio nec enim te illi adſpectare fuiſſet,
Oſcula vel labris figere pauca tuis.
Ille quidem capiti timet impendentia ſupra
Saxa, at obire iterum ſi velit haud potis eſt.
Aſt ego tabifico mentem deperditus œſtro
Langueo, & ex omni mors mihi parte venit.

Iuliani.

IANVS LERNVTIVS.

ILla verecundo ſuadelæ imbuta lepore,
Et Pæſti vtrauis lucidiora roſa,
Diffundunt exſenſa animum mihi mente labella:
Illa labella, oris limina nectarei.
Ipſe Amor e claris iaculatur fulgura ocellis,
Quæ nec ferre prope eſt, nec procul eſt fugere.
Parque mamillarum ſine labe, ſororium, & apto
Orbe teres, ſolidum, candidiuſque niue
Me quoque me cœpit. Sed quid generi oſſa canino
Prodo? monent calami nos tacuiſſe Mydæ.

PETREIVS

PETREIVS TIARA.

ILla ſalis multi vario conſperſa lepore,
Atque eadem Paphiæ tincta colore roſæ,
Illa liqueſaciunt animum exagitantque labella,
Oris nectarei mellea veſtibula.
Accedunt gemini vibrantes fulgur ocelli,
Pectoris hi laquei ſunt pedicæque mei.
Parq; papillarum compactile, læue, globoſum
Quod candore niues æquet, odore roſas.
Hoc quoq; rete meum eſt: ſed quæ dementia tandem
Demonſtrare canum me iubet oſſa gregi?
Sponte ſua inueniunt, & quam ſit noxia fræno
Lingua carens, calami nos docuere Mydæ.

Platonis.

IANVS LERNVTIVS.

ATtinui in labijs animã, oſcula dans Agathoni:
Venerat huc, iam iam progreditura foras.

Amicus Gellij in plures verſiculos ſic vertit.

DVm ſemhiulco ſuauio
Meum puellum ſuauior,
Dulcemque florem ſpiritus
Duco ex aperto tramite,
Anima tunc ægra & ſaucia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Cucurrit ad labias mihi,
Oriſque rictum peruium
Et labra pueri mollia
Rimata itineri tranſitus
Vbi tranſiret nititur:
Tunc ſi moræ quid pluſculæ
Fuiſſet in coïtu oſculi,
Amoris igni percita
Tranſiſſet, & me linqueret,
Et mira prorſum res foret
Vt ad me fierem mortuus,
Ad puerum intus vt viuerem.

Angeli Politiani.

IANVS LERNVTIVS.

ASpice in amplexu Dominæ me Iupiter, & ne
Ne mihi tu inuideas, non tibi ego inuideo.
Tu Iunone tua contentus viue, meamque
Linque mihi Venerem, meque meæ Veneri.
Ter quater & toties felix ego, nectareo ori
Cui licet & licuit pangere baſiola.
O os, o crines, riſuſque, o lucidi ocelli:
Te te habeo mea Lux, Lux mea te te habeo.
Certe ego te te mille laboribus exanclatis
Lux habeo, noſtræ dulce operæ pretium.
Quid mens turbaris veluti prius? atra receſſit
Cura procul, nihil eſt cor mage cur doleas.
Nam quæ ſæpe meo mouit fera prælia amori,
Seſſitat in gremio pacificata meo.

Hunc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Hunc ergo ante tuas aras cape, Diua, palumbum,
Diua Venus, ſtabuli noſque in amore foue.
Tu vero inſpira mollem mihi molliter auram
Bella gerens lingua, bellaque dente gerens.

Iuliani.

IANVS LERNVTIVS.

IDa mihi ſero quæ veſpere baſia pangit,
Bella puella, mero ambroſiæ meme imbuit hauſtu.
Spirat enim ambroſiā os, & inebrior oſculo, amoris
Felix cœleſti poſtquam ſum potus in amne.

Macedonii Conſulis.

IANVS LERNVTIVS.

LAſciuum rides fruſtra: fruſtra mihi adhinnis:
Lumine me fruſtra ſollicitante petis.
Ter lapidem ante Iouem iuraui, mitibus vltra
Te ſic illepidam cernere nolle oculis.
Viue tibi cœlebs, & valgis blanda labellis
Per luſum Æolijs oſcula fige nothis.

IANVS DOVSA.

FRuſtra ardes, fruſtraq; equulæ cupide inſtar ad-
Deliciaſq; oculo mi petulante facis; (hinnis,
Ter iurata Iouis lapidis mihi numina, non te
Inſcitam vltra oculis lenibus aſpicere.
Sola iace, viduiſq; tibi blandita labellis
Irrita laſciuis oſcula fer zephyris.

In lib. Baſiorum meorum.

HIc quia ſanguis hebet ſenio defectus, at ille
Quod ferat ingratæ triſte iugum Dominæ,
Tertius obriguit penitus quia frigore bruto,
Auerſi ſancta ſunt ſimul a Venere.
Alter ſegnis, iners, ac nil niſi venter, & alter
Plus æquo elatus ſuſpicione ſui,
In leuibus fruſtra nos conterere otia clamant:
Et petere æterni nominis inde decus.
Vt libet incilent: licuit dum viuere vixi:
Nec ſemel ægrum animum compoſui arte lyræ.
Illorum certe tunc dicta & facta iacebunt,
Preſſerit his poſito quum pede Parca caput.
At quandoque mei ſub terras ibit imago,
Vltima nos vel nunc ſi libet hora ferat:
Sint leuia hæc quamuis, ſic vt rumpantur iniqui,
Clara mei in ſcriptis viuet imago meis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

IANI LERNVTI

OCELLI,

& Carmina quædam alia, quorum ſeriem pagina proxima indicabit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

OCELLI.
ELEGIÆ.
ODA.
EPIGRAMMATA.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

IANI LERNVTI

OCELLI

CARM. I.

QVis ſeſe ocellis inſinuans tuis
Diuûm receptus hos amat? & manu
Ceſſante & arcu, crebra nigris
Tela ſupercilijs coruſcat?
Sacrata virtus Numinis, heu quibus
Ducta illecebris atque ſui immemor
Conſedit iſtic? an procacem
Eſſe Iouem rear, & relicta
Iunone rurſus nequitias dolis
Moliri opertas, præpetis vt ſui
Cum tectus inuolucro ephebum
Suſtulit Iliadem? an Puellum
Catum decoræ Cypridis; ac faces
Hinc ſpargere acres, ſpiculaque improbo
Vibranda cornu, nunc venenis
Tinguere, nunc variare melle?
Vultus ita olim Dardanios prece
Motus parentis ſumſit, & abdita
Diuinitate Eliſſam amicum
Fratris in arbitrium coëgit.
Quid quiſque credat diſpiciat: ſacris
Hæc fixa myrti carmina ramulis,
Amorem ocellis ferre Hyellam
Credere me populis loquantur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

CARM. II.

FVlgentes oculi bifida qui frontis ab arce
Stringitis obliquis ſpicula fulminibus:
Cum vobis Puer ille Gnidi poſtponat honores,
Excubet & veſtris aſſiduo in ſpeculis,
Quo vos compellem titulo? neque enim eſtis ocelli:
Aſtra eſtis, tantum quis pote ferre Deum?

CARM. III.

MEns animi, quo cæca ruis? ſic ergo tui exſors
Alterius pergis te dare in arbitrium?
Vos oculi, quis feruor agit? quo Pæone fretos
Vulneris inſani non pudet eſſe viam?
Nempe ope nunc veſtra abiectus, quod ſit mare amare,
Cogar ab ingrato diſcere ſeruitio.
Mens animi ô infracta, oculi ô male coniurati!
In mea tam pronos exitia ire meos?
Æternum miſeri ſocio languete dolore.
Fas necis artifices, me moriente, mori.

CARM. IV.

ADſpectu ſine Vita tuo me paſcere ocellos:
Nec mihi delicias hac rogo parte nega.
Sic ego. cum ſtrophij diducta nube, reuelas
Ora Terapnæis æmula numinibus.

Hinc

Hinc velut ætherei pauefacta fragore tonitrus,
Abdita feſtino mox pede tecta ſubis.
Non eſt hoc ſinere adſpectu Lux paſcere ocellos:
Eſt iaculo iniecto tollere, quæ dederas.

CARM. V.

TE Lux te quoties video, ſubito æſtuo totus,
Sulfur vt accenſam cum rapuit faculam.
Te Lux te cum non video, ſubito algeo totus,
Vt cos Alpinis quæ latet in niuibus.
Aſtra Nepæ exſpectent alij, Capricorni alij aſtra,
Et cœli certis ſe recreent ſpatijs.
Tu mihi vel tropico ſub ſidere Sirius ardes:
Sirio at ardente, tu mihi frigida hiems.

CARM. VI.

QValis Dardania quondam Cytherea ſub Ida
Paſtoris Phrygij venit in arbitrium;
Cum nuptam nataſq; Iouis Dea liuida formam
Perpulit humano ſubdere iudicio:
Talis & arcano egreditur mea Vita cubili,
Natiuum nullis artibus aucta decus.
Cernis vt explicito niteat frons æquore? cernis
Acer vt ex oculis ſpicula ſtringat Amor?
His Deus ille, polo terraque Amathuſide miſſis,
Vt proprijs gaudens ludit in hoſpitijs.
Quam bene cæſaries vernans ſua tēpora obumbrat!
Emicat e roſeis gratia quanta genis!

Flammea puniceo non cedunt labra corallo:
Et primis certat narium ebur niuibus.
Quam teretes digiti! quam læuia colla! venuſtum
Quam latus! artifici quæ data forma pedi eſt!
Vt non mortalem ſe prodit! vt omnia rara,
Omnia vel magni ſunt thalamo apta Iouis!
Dum licet admiſſos Tithonia flecte iugales:
Teque iterum Eois abde ſub æquoribus:
Aut ferruginea vultum tege nube. refulget
Clarior e terris lux modo luce tua.
Ni facis; egreſſam temere pudor obruet aureus:
Victa meæ poſt quam videris os Dominæ.

CARM. VII.

O Frons Hyellæ marmore læuior,
Splendere ſummi digna thoro Iouis,
Non abſque fronte ſidera iſta
Sideribus tua adæquo, & vltra
Formoſi amœnum Luciferi iubar,
Aſtris pudorem quo reliquis facit;
His audeo excitare nomen
Spumigena Venere inuidente.
Impune nemo te videat; ſui
Quin exſul, ipſum ſe tibi mancipet
Deuotus; extemploque nexum
Sponte tuum petat: ille cantu
Fallace blandas qui volucres maris
Spreuit puellas, non queat illicem
Tranſire flammam, flamma viſam
Non mage quam queat ipſa naphtham.

Peren-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Perenniclaris tu quoque frontibus
Iungere poſt hæc, fulgidulos tibi
Me teſte ſcintillare ocellos,
Vnde faces animet Cupido.

CARM. VIII.

FVlmen habet cœli domitor: fert Ægida Pallas:
Oceani trino eſt fuſcina dente minax.
Mars Iupiter & curru molitur prœlia & enſe:
Pugnis Tyndarides præualet, alter equis.
Alcides claua bellatur, Mulciber igni,
Thyrſo Euan, virga præpes Atlantiades.
Quî ſolus pharetra viduus Puer errat & arcu,
Qui face? cuncta oculis hæc gerit arma Venus.
Quæ Venus? illa mei pulcherrima cauſſa furoris:
Mille oculis Veneres quæ ſimul vna gerit.

CARM. IX.

EXcors, exanimis ſemper veſtigia ſector
Lux tua: & huc illuc irrequietus eo.
An quæ olim Clytien damnarunt fata, eadem nunc
Improba Parcarum net manus illa mihi?
Herculis an ſub fronte tibi lapis occultatur:
Atque animi nobis ingenium ex chalybe eſt?
An potius radijs iſtis, velut igne pyrauſta,
Captus in exitium ſponte mea rapior?
Eheu quam miſerum male verſat dulcis amaror;
Dum tecum ſine me me ſine Hyella vagor!

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

CARM. X.

QVa te luce mihi mea Lux fas viſere non eſt;
Quæ lux eſt alijs nox inamœna mihi eſt.
Per loca ſic manes furuæ lugubria diuæ
Errant æternis palliduli in tenebris.
At qua luce mihi mea Lux te viſere fas eſt;
Turbine lux agili præcipitata fugit.
Sic Iouis ad menſas Heroës nectare fuſi,
Quamuis longa, tamen tempora non numerant.
O mihi te mea Lux ſemper ſi viſere fas ſit,
Ne cœlo inuideam, ſufficere hora poteſt.

CARM. XI.

AVra felicis Zephyri, aura felix,
Aura quam Phœbo dea mater antris
Clam ſub exeſis genuit: ſecundo
Sic in amore
Chloris ardenti tua ſemper adſit:
Sic tuis cedant animoſa fratrum
Flabra: ſic regnes: age nunc volatus
Suſcita, & arcem
I, pete Heroi poſitam Maluto,
Quam Venus, ſpretis Eryce atque Cypro,
Incolit; ſimul mea Lux eam oris
Prætulit iſtis.
Defer has illi lacrimas, per ora
Quæ mihi, niuis liquidæ inſtar, vndant:

Deſer & ſuſpiria noſtra, ab imo
Pectoris ægri
Quæ traho, noctuque dieque mortem
Dum miſer viuo miſeram, atque curas
Inter inſanas iecur vſque ſæuo a
Vulture rodor.
Dic, bona oppreſſum niſi ſubleuet ſpes,
Mox fore, adſpectu vt recreer cupito;
Nil fore, optatum toties ſubire
Cur morer Orcum.
Sed quid hæc amens tibi ? luce tacta
Ut meæ prima fueris Puellæ;
Flamine actutum ex humili emicabis
Arduus ignis.

CARM. XII.

TAm procul ergo meo vixi diuiſus ab igne:
Et ſine te mea Lux perditus haud perij?
Mens ergo potuit tantas euincere moles,
Vltimaque infernæ iuſta negare rati?
Sic adeo immites lacerarunt intima curæ:
Sic dolor vſque ſuo ſæuijt ingenio:
Ut ſupereſſe hilum mirer mihi pectoris huius;
Vt mirer fatis me ſupereſſe meis?
Nunc demum expertus video, curas in amore,
Quamuis depreſſos, non temere opprimere:
Scilicet vt miſeri magis ac magis excruciemur,
Inque diem peius nos mala noſtra habeant.

Cauca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Caucaſea infelix ideo de rupe Prometheus
Pendet, & aſſidua carpitur a volucre:
Cumque ſemel letho poßet finire ærumnas,
Perpetuo viuit, perpetuo moritur.
At tu Vita tuos vltra mihi ne nega ocellos.
In riuos lacrimarum ecce abiere mei.

CARM. XIII.

QVANDO *Hyella cernere*
Tuos ocellos, hoſpites Amoris,
Fiet integrum mihi
Rurſus: diem præ omnibus diebus
Expetitum & aureum
Semper fatebor efferamque ſemper.
Gaudia iſta vel mihi
Si nox reducat: omnibus diebus
Præferendam & auream
Noctem fatebor efferamque ſemper.

CARM. XIV.

F*Orte ſub adſpectũ dominæ cum Douſa venirẽ:*
Atque oculis epulas ferre ſuas caperer:
Extemplo arcanas penetrans vis ſacra medullas
Irruit, & rapidis me ignibus implicuit:
Implicuit grauiterque accenſum funditus vſſit.
Sic ſubita Ætnæi fulminis ira ferit.
Miretur iaculos celeres Libyæ incola: virus,
Dij magni, quanto maius habent oculi!

CARM.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

CARM. XV.

EX oculis mea Hyclla tuis modo gaudia mille;
At modo triſtitiæ ſemina mille traho.
Cor micat, & trepidis exſultant pectora fibris;
Spem vultu quoties candidiore facis.
Mens cadit, atque exſpes iaceo in mœrore metuque;
Spem vultu quoties turbidiore negas.
Quid iam non in me tibi dij voluere licere,
Motibus his animum ſic mihi quando rapis?
Ah ducis exemplo Æmonij Lux mollior adſis:
Cumque tot intuleris vulnera, confer opem.

CARM. XVI.

SAncte ſenex, Nerei quem ſunt penes æquora, Pro-
Cui fas in leges te variare tuas: (teu,
Omnia ſi rerum miracula corpore formas;
Flamma ſuperiecto qui potes eſſe mari?
Sic ego. Carpathius contra mihi talia vates:
Nam quæ ſollicitum cura animũ, inquit, habet?
Dic agedum, intuitu quoties tua te Venus vrit,
Frigidus in medijs æſtibus vnde tremis?

CARM. XVII.

AMorem ocellis flammeolis Heræ
Vidi inſidentem, credite poſteri:
Fratreſque circum ludibundos
Cum pharetra volitare & arcu.

Eheu

Eheu pauore cor trepido ſalit:
Menſque icta Amoris numine deuium
Lymphatur. eheu parce telis,
Parce graui Puer acer igne.
Fas inquieta ſit mihi gaudia,
Curaſque dulces, cuſpidis & tuæ
Votiua vulnera, atque amicum
Arte lyræ celebrare amarum.
Fas & parentis regna Amathuſidos
Porrecta late dicere; partaque
Tropæa de Titane, & aſtus
Mulciberis male pertinaces.
Tu vim leonum, tu tigrides domas,
Ceteque & vros: perque acies truci
Dextra Gradiuum fulminantem
Mitem animis placidumque reddis.
Tu poſt Gigantum terrigenam manum
Fuſam fugatam, tela Dieſpitri
Jrata tollis: tu relicta
Coniuge ſidereiſque regnis,
Quandoque tauro diſſimilem ſui
Abdis vel auro: iam gelidis cygnum
Vris ſub vndis, iam ſalacem
Deſtruis in Satyrum aut in hircum.
Te bruta tellus, te maris æquora,
Cœlumque & inuiſi horrida Tartari
Sedes veretur: te veretur
Jpſa Hecate, patruuſque Pluto.

CARM.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

CARM. XVIII.

(Hyella?
COr mihi neſcio quis rapuit. quis ? numquid
Sic eſt: luminibus præda fuit Dominæ.
Quid nunc, quid faciam? qua cor ratione repoſcã?
An toties captus audeam adire iterum:
Sirenumque iterum ad ſcopulos hærere, & iniquas
Ilicet in pedicas non rediturus agi?
An potius maneo? præſtat. ſed corde remoto,
Languida qui ſolitus membra calor recreet?
Quo feror ambiguus? pro me Puer ito Cupido:
Aut Paphiæ ceſton huc cedo matris: eo.

CARM. XIX.

DVm penitus noſtris nondũ Puer oſſibus hæſit,
Et prima afflatus incalui facula:
Intentis in te pendebam fixus ocellis,
Argus vt in paſtus pellicis Inachiæ.
Et quamquam infeſtum lunaret feruidus arcum,
Et plena circum te ſtreperet pharetra:
Menſque acris præſaga mali trepidaret, & ire
Vltro ſe proprium ſciret in exitium:
Non tamen a caro potui diuellier ore,
Inſolitis gaudens Vita cupidinibus.
At iam nunc animum & ſenſus deperditus omnes,
Seravi Nyctimene ferre aciem nequeo:
Incertuſque mei muto, iactorque, Meduſæ
Tamquam ſaxifica cernere vultum habeam.

Nec tamen a caro poſſum diuellier ore,
Inſolitis captus vita cupidinibus.
Heu tacti ad viuum, fruſtra, fruſtra eſtis ocelli.
Quid libertatis quærere ius patriæ?
Aut quorſum inuitos alio contendere greſſus?
Sic Phryga poſt damnum ſero ferunt ſapere.
Quin agedum perſtate, auidique haurite venenum.
Viuere cum non ſit, ſit mihi poſſe mori.

CARM. XX.

HVc illuc quo quiſque means in Sole vagatur,
Corporis accedit corpus inane ſui.
Haud aliter quo Vita pedum veſtigia flectis,
Corporis accedo corpus inane tui.
Certe tecum animi viuit pars optima noſtri:
Ne quem me ſpecies arguit, eſſe putes.
Sum tu: cura tui nec te tamen vlla remordet.
Corporis hinc iactor corpus inane mei.
At ſimul ex oculis oculos ſubducis; inane
Qui modo corpus eram, diſpereo in nihilum.
Nec minus hei nihilũ luctus, lacrimæq; male vrũt.
Sic poſt fata etiam Mygdonis orba dolet.

CARM. XXI.

QVem tu Vita tuo ſemel
Perſtrictum placido lumine ceperis,
Illum non vagus Adria
Iactabit cupidum: non creperæ vices

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Ardentem in fera prœlia
 Raptabunt: neque ſors aulica, callidis
Occultum ingenij artibus
 Quod Regum obſequio ſubdiderit caput,
Aſcribet procerum ordini.
 Sed qui ſanctus Amor dulcacido madet,
Et for:næ inſolitus lepos,
 Diffundent liquido nectare cœlitem.
Cœli me rota tertij
 Concinnat Charites inter amabiles,
Ac ſacrum Veneri gregem:
 Et iam mole minus corporis aggrauor.
O mortalibus inuidas
 Mentis quæ tenebras lux mea diſcutis:
O ſeclo quoque reptili,
 Incuſſura aquilæ, ſi libeat, volatum:
Ex omni & merito tuum eſt,
 Quod cura vacuus degeneri feror,
Nil deos tacite obſecrans.
 Quod viuo & valeo, ſumque meus, tuum eſt.

CARM. XXII.

ALituum immortale decus, dijs æmulus ales,
 Ipſe ſibi genitor, ipſe ſibi ſoboles:
Qui noſtri ex alto ſpernens conſortia mundi
 Nec Fortunatis cernitur a populis:
Sed Tigrim Gangemq; vltra Nabathæaq; flabra,
 Lucifer ardentes mâne vbi frenat equos,

Auroræ roſeos inter Titanidis ortus,
Non adeunda alijs regna beata tenet:
Tædia decurſæ quoties male fert ætatis,
Ne fati temere concidat arbitrio:
Aggereum educit tumulum ſibi colle ſub altō,
Conſpicuum myrrha, conſpicuum caſia:
Et tumulo adijciens flores & germina florum,
Mercibus intactam pauperat Arabiam:
Mox Phœbi ad radios pennas quatit auricolores,
Accenditque ſui funera ſponte rogi:
Scilicet vt letho rediuiuus ſurgat ab ipſo,
Nataleſque ambuſta hauriat e cinere.
Sic ego dum nitidos Dominæ me verto ob ocellos,
Inſtar ſiderei qui mihi Solis habent,
Spe, deſiderio, dulcique agitatus amore
Ipſe pyra & proprio ſum meus igne rogus.
Atque vbi diripuere auidæ præcordia flammæ;
Viuere deſiſto, viuere vt incipiam.

CARM. XXIII.

NOn tibi pulchra ſatis, Claudi, mea Hyella vi-(detur:
Nec merito raris digna cani numeris.
Aut miſer inuidia, aut alio excæcatus amore es.
Sume meos oculos, & dabis eſſe deam.

CARM. XXIV.

EN ſpeculum formæ teſtem cape, labraq; Hyella
Adſpice Acidalijs inuidioſa roſis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Adſpice marmoreum frontis decus: adſpice Phœbi
Lumina ſidereis æmula luminibus:
Ut ſuperet niueos facies candore hyacinthos,
Et ceruix Indum lactea ebur ſuperet.
Quintiliæ tali nec contigit eſſe: nec ipſa,
Sexte, tua venia Cynthia talis erat.
Talis erat Phrygia prælata duabus in Ida,
Ad cœlum victrix dum Cytherea redit.
Omnia contulerunt in te ſua munera Diui.
Ah caue ne cupidis ſurripiare dijs.

CARM. XXV.

OCellus ille quem cano, Dei alitis
Ait fuiſſe nidus vnus vnicus:
Neque vllius lepori amabilis nurus
Nequîſſe prænitere, ſiue ſerijs
Opus foret vacare, ſiue luſibus.
Et hoc negat Lycænidis male æmulæ
Negare frontem, & auream Critheïdem;
Plocenque nobilem, Aeliamque cæſiam,
Glyconida, ſpeclumque Belgij Antherin:
Ubi iſte poſt-ocellus, antea fuit
Serena ſtella. namque in orbe lacteo
Micante ſæpe lumen extulit face.
Tabuda magne, tuque ductor Heſpere,
Tibi hæc fuiſſe & eſſe cognitiſſima
Ocellus inquit: vltima ex origine
Choros ſtetiſſe dicit inter aſtricos:
Tuo vſtulaſſe te tuoſque in æquore:

Et inde tot per inuidentium greges
Decus tuliſſe, dura ſiue mollia
Moueret arma, ſiue mallet Aliger
Simul proteruus abdere vtraque in iecur.
Neque vlla vota amaſionibus Dijs
Sibi eſſe facta, cum veniret a domo
Iouis ſuperbi aduſque candidum hunc diem.
Sed hæc prius fuere. nunc Dioneo
Cluitque honore, ſeque dedicat tibi
Cupido Amoris, atque Amor Cupidinis.

CARM. XXVI.

CÆſareas alius deducat in arma cohortes:
Aut Othomannorum prœlia reſque canat:
Ipſe domi quo Marte premar, quibus impetar auſis,
Eloquar Idalijs perditus inſidijs.
Non equites, non me pedites, claſſeſue laceſſunt.
Agminis inſoliti fraus noua bella mouet:
Lunatoque ſuperciliorum e fornice graſſans
Cruda venenatis vulnera dat iaculis.

CARM. XXVII.

CRedimus in ſuperis æuum ſi ducere Diuos,
Ex quo Saturnū templa Acherontis habēt:
Quî nunc cœlorum tractu illecebriſque relictis,
Degere Lux tecum gaudet & audet Amor!
Certe oculi quæcumque tui vis attrahit illum,
Iure mihi fuerit maior Amoris amor.

CARM. XXVIII.

HÆc hora dicta eſt: exit ecce patriis
Factura Dijs ritu annuo.
Spectare rarum ſi iuuat formæ decus,
Nulla ante quale protulit
Ætas auorum, nec futura poſteris
Producet vlla ſeculis:
Vt inuidis reconditum exſeras iubar
Titan, memento, nubibus.
At ne procaci lumine auius caue
Et mente & axe corruas:
Cladem que gnati rurſus inſtaures tui,
Cum terra hiulca incendio
Manes profundi prodidiſſet Tartari;
Cymbamque publicam Senex
Pigro paludis abdicârat alueo:
Et iam ipſe Erinnyas furens
Deos in ipſos Dis citaſſet, omnium
Ni Rex paterque perditi
Orbis miſertus attuliſſet vltimis
In rebus auxilium Padus.
Præſens face adſis, & memor, Cupidines,
Si quando Diuos vrere
Redit voluntas, ex ocellulis Heræ
Geminas ciere lampadas.

CARM. XXIX.

LVce oculorum orbus cum fertur vtraq; Cupido,
Dictat vt Aonijs gens operata ſacris:
Quînam tam certo ſua ſpicula diſcutit arcu,
Laſciuum quoties ſtat penetrare iecur?
Heu ſpes ambiguas! quid non in amore timendum,
Vulnera ſi cæcus dirigit arte Puer?

CARM. XXX.

LVtea puniceis Matuta iugalibus exit:
Eque pruinoſo excîta viri gremio
Tollitur: æquorei adſiliunt ſub ſidere fluctus:
Et trahit aurinomos purpurea vnda ſinus.
Sol pone emergens radiatum inſigne reportat,
Et iuga rimatur ardua luce noua.
Tu quoque Vita tuis lucem mihi ſuſcita ocellis:
Et tenebras læta diſſice fronte meas.
Non audis? & verba nothis facio irrita? nox eſt
Luce vel in media te ſine plena mihi.

CARM. XXXI.

FLecte oculos mea Vita tuos. ſi cernere pergam;
Fiam Tireſias alter, & Oedipodes.
Redde oculos meą Vita tuos. ni cernere pergam;
Frigidus exanimi pectore diſperéam.

O dubij

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

O dubij vis certa mali! quid Cypri minaris?
Quæ noua te in clades aſperat ira meas?
Aut placidis fruar impune & cum pace; vel æger
Ne toties moriar, da ſemel vt moriar.

CARM. XXXII.

SI quandoque mihi obuiam
Facta es; hos oculos tuos
Vt vidi, hei geminas faces,
Quîs dudum miſere vror:
Ne rurſum exitio ſciens
Memet obijciam; ilicet
Incerto trepidus pede,
Quâ datur, retro cedo.
Fruſtra: nam prius aridas
Flamma per ſegetes ſtrepens
Sedetur; prius in caput
Curſus Iſara flectat:
Quam deſiderij queam
Surgentis premere impetum:
Aut menti arbitrio meo
Legem ponere recti.
Vt quondam (Inachiæ fidem
Si veram hiſtoriæ putas)
Ad peſtem ante oculos ſitam
Iuit Amphiaräus:
Sic cernam licet, apparem
Quid mali mihi, ni loco
Deuitem; tamen in crucem
Vel pes me rapit ipſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Cur ergo ô oculi fuga
Vana nitimur? æſtuat
Imis viſceribus latens
Vis concepta veneni:
Quam nec Theſſala cantibus,
Aut herbis anus enecet:
Quin nec ipſe Epidaurius
Curet arte paterna:
Hic etſi lacerum Deæ,
Vitæque Hippolytum ſuæ
Olim reddidit; hæc polo
Poſſit deripere aſtra.
Ah Amor nimium impotens!
Ah me clade graui obrutum!
Iamne conditio feris
Ipſis mitior exſtat?
His & lethiferas manus
Paſtoris fugere, & ſacro
Dictamni antidoto datur
Plagæ poſſe mederi:
Si quam forte volatili
Percuſſæ iaculo latus,
Dum male inſidias cauent,
Accepere trementes.
Sed nil deprecor. impudens
Sim, ſi vel puerum ſui
Optem diſſimilem, aut velim
Captum luce videre.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

CARM. XXXIII.

CVr faciem quoties iſtam Lux cernere pergo,
Immemor ah animi exſternor & obſtupeo?
Nec ſecus, ac contra tendit qui tela diei,
Protinus obſcura differor a nebula?
Dij facerent Argi cingant mihi lumina frontem,
Alitis aut cingant lumina fulmigeræ.
Arcas virga meos oculos non vinceret vmquam:
In capite hoc ſomno nec foret illa quies:
Quin formæ tot monſtra tuæ formoſa tuerer,
Dum mors obtutus ſolueret vna meos.
Et ſane dos digna Diis pote & æqua videri,
Extulerint cum te dotibus innumeris,
Innumeros tribuiſſe mihi quoque luminis orbes:
Mirer vt hos in te Lux, propiuſque ſequar.

CARM. XXXIV.

POſt obitum in varias animam migrare figuras
Euphorbo vere ſi placuit Samio:
Nec mors ingenium mutat, ſeu flumina canus
Seruet olor, nemorum ſeu leo teſqua colat:
Ipſe ego (quando ſuo me cepit lumine Hyella)
Compoſito gignar funere papilio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

CARM. XXXV.

AD te ſiquando acceſſi, & tua lumina ſpecto,
Lumina, Phœbeis quæ mihi pro facibus:
Vt qui monſtrificæ Phorcynidos ora tuentur,
Frigidus adſtricto pectore dirigeo. (alter
Nec mora: lux animum attonito rapit improba: &
Sum Thamyras, fieri dum volo Ariſtorides.
Quodque poëtarum ſuperat mira omnia, fio (ras.
Hôc mage Ariſtorides, quo mage ſum Thamy-

CARM. XXXVI.

CVr numquam ſatier tuos
Spectans Lux mea ocellulos,
Iſtos Lux mea ocellulos,
Qui cor ſic mihi carpunt
Ignitum faculis ſuis,
Vt nec AEnariæ obrutus
Altis voticibus Gigas
Cœus ardeat æque;
Mirabar prius: at modo
Nil noui video. in necem
Sponte tendere Pyralin
Vidi lucis amore.

CARM.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

CARM. XXXVII.

QVi ſolis Libyæ degit Baſiliſcus arenis,
Cuncta venenato lumine trux perimit.
Quid mirum, vaſtis igitur ſi regnet in oris,
Nec quiſquam propius audeat ire ferum?
Mirandum magis. adſector te Lux mea ſemper,
Cum tamen & miti lumine me perimas.

CARM. XXXVIII.

VT Afro ratis occupata vento,
Dum cœlum tenebris fretumque inhorrens
Sol fulgure claret: ipſa cani
Dum prudentia & ars ſtupet magiſtri,
Iam Pollucibus vltimum inuocatis:
Si ſecundior aura ſpiret, & lux
E pharo procul emicet; repente
Hanc remis petit aduolatque velis.
Sic iſtos mihi quando Vita ocellos,
Aſtris Oebalidum heu pares ocellos,
Poſt lentas hiemes amoris offers
Iactato male perditeque: ſurgit
Celer mox animus, fugaque fluctus
Tam ſæuos trepidante ſpernit, & ſe
In portum penitus ſuum recondit.
Illum ego vt ſequar aßequarque, ſi quis
Te tunc me ſinat vſque baſiare:
Vſque ad milla millies trecenta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Te tunc te mea baſiare pergam,
Aut vltra potius. neque oſculandi
Vmquam me ſatias moueret vlla:
Non, ſi præpauitante corde, & ipſis
Tandem deficientibus medullis,
Totus hauriar obruarque totus.
Sed dum te mea baſiare pergo:
Dum plexus cupidis tibi lacertis
Vt tenax hedera arbori aut corymbus,
Iſto nectare ſoluor oſculorum,
Quo nec ſuauius ipſe Phryx Tonanti
Inter pocula cœlitum miniſtrat:
Nolim vel cupiam, haud queam teneri,
Quin & lucidulos tuos ocellos,
Quin genas roſeas, & oris huius
Clari, candiduli duos pyropos,
Vnde has delicias mihi creari,
Vnde hæc gaudia gaudeo euenire,
Grato lumine ſæpius ſalutem.
Dij quod hoc genus impotentiæ? ergo
Sic labris miſere inuidere ocellos:
Nec ſpem eſſe auxilij? Huc Meneni: & olim
Si plebem Patribus reduxti amicam,
Quam malus temere efferârat error;
Nunc age ingenium excita, allabora,
Cum labris bene congruant ocelli:
Et Deus mihi pacis alter eſto.

CARM.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

CARM. XXXIX.

NOn ita Parrhaſiam ſpectat lapis Indus ad Ar-
Occulto magnes nobilis ingenio: (cton,
Nec Clytie ſic Solis equos intenta tuetur,
Mortua non potuit cuius amore mori:
Nec ſic aurata rutilantia in arbore mala
Obſeruat custos peruigil Heſperidum:
Nec ſic Phryxei tutator velleris Hydrus
Excubat inſomni nocte dieque acie:
In te ego vt obtutu ſemper defigor eodem
Lux mea, luce frui fas mihi quando tua eſt.
Sed quæ fata meis credam contraria votis?
Colchida quamue in me ſacra piare querar?
Dum tibi deuotos vſque auerſaris amores,
Neſcia blanditijs reddere mota vicem?
Namque vel aſſiduis ſtudijs addicta Mineruæ
Secreta certas delituiſſe domo:
Vel ſi fors prodire iuuat; velo abdita prodis,
Tamquam delicijs inuidioſa meis.
Ah noſtri ſi nulla tibi Lux mutua cura eſt:
Saltem ſit Pueri mutua cura Dei.
Hic eſt ille, tuis qui cernere gaudet ocellis:
Qui tibi cum ſuperis & Venerem antetulit.
Et potes ô male grata Deum bis lumine ademto
Abſtruſum cæcas deprimere in latebras?
Ne tantum ne offirma animo pulcherrima crimen:
Quin potius laſi numina concilia.
Vt poſſis prodire velis, vultu ſed aperto:
Teque palam videat, inuideatque Venus.

CARM.

CARM. XL.

O Celle Americi ſoli, volans ſacrata Phœbo;
Fors inter alites tibi fortuna iure fauit,
Quaſcumque mobile aëris per æquor aura tollit:
Cum labe nulla turpior, nouoque ſalua ab orbe
Munuſculum puellulæ meæ obtigiſti amicum:
Atque illius nunc in ſinu melos ſuaue lingua
Tentes ſonare blæſula; cibiſque nunc cupitis
Fruare, nec tuæ Indiæ te germina aut odores
Morentur; omnia Indiæ cum germina ac odores,
Nectarque dulce cœlitum trahas vel oſculo vno.
Dic ô mihi, dic, roſcido ſoluta mane ſomno
Cubile quando deſerit, decuſque amabile oris
Exſuſcitans thoro emicat; natale numquid aſtrum,
Eque Occidente oririer ſtupeſne poſſe ſolem?

CARM. XLI.

QVid iuuat in noſtros dentem diſtringere luſus:
Et premere innocuæ ſimplicitatis opus?
Non hic Galbano prurit mihi pagina luxu;
Helleſpontiaca nec crepat æra manu.
Nec didymi exactas renouat ſub fornice noctes:
Aut Nero, quæ tacitis geſſerat in Capreis.
Adſpicis ingenua deducta poëmata fronte,
Qualia, dum Paphijs ignibus incalui,
Prima verecundo cecinit mea Pieris auſu.
Eſtne quid hîc, oculi Zoile cur doleant?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Si doleant; tu cauſſa mali. quos inuidia exeſt,
Intuitu ſanos ſic vitiant oculos.

CARM. XLII.

NOn inſolenti nec dubia ferar
Via uniformis per ſuperûm igneas
Amator arces: atque nexu
Corporis ante obitum exſolutus
Terrena ſpernam. nil capiet mei
De parte ſacra Perſephone nocens,
Tagaxque Parca, ſtamen occet,
Ut lubet, e tribus vna noſtrum.
Jam iam repulſa nocte animi, vigor
Conturbat intus, atque hominem procul
Exturbat ægrum, concitoque
Pectus obit agitatqne motu.
Iam mens inerti carcere libera
Supra maligni tramitis obices
Curru Cupidinis leuata,
Euehitur per inane magnum:
Interque cœli ſepta Quiritium,
Et Gratiarum virgineum chorum,
Qua Cyprius mouetur orbis,
Ipſius in gremio Diones
Lætatur omni lætitia: & Dea
Agnoſcit expreßam effigiem ſuæ,
Ardetque miraturque, & in ſe
Liquitur illecebra decoris.

Fruſtrà

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Fruſtra latebris Lux penetralium
Peploque gaudes: nuſquam oculis abes
Inuiſa noſtris. mitte peplum,
Mitte ſuperuacuas latebras.

AMORE MAGISTRO.

IANI LERNVTI
ELEGIA:
AD IANVM DOVSAM A NOORTWIICK
ELEGIA I.

TV nunc ambroſia Muſarum, & nectare plenus,
Diſſeris ingeniȷ́ ſemina, Douſa, tui.
Ac curis procul æternos moliris honores,
Vnde & ab exſequiȷ́s laus tibi certa manet.
Non leuis ambitio, nec amor male ſuadus habendi,
Quæ dira humanis pabula dant vitiȷ́s,
Nec te deſidiæ Siren mouet improba: nec te
Vlla voluptatis ſeuocat illecebra.
Aut ergo ante tuos viuis conuiua penates,
Et nihil arcana voce rogas ſuperos:
Aut qua ſecretum illudit tremulis nemus vmbris,
Lymphaque muſcoſa proſilit e ſcatebra,
Inter Hamadryades & agreſtum Numina Faunos,
Inſolitum citharæ diuidis arte melos.
Dumq; canis; ſiſtunt latices, nemus arrigit aures:
Mirati applaudunt Fauni & Hamadryades.
Aut Dominæ in gremio tereti ceruice repoſta,
Dilectis oculos paſcis imaginibus:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Labraque turgidulis preßans ſitientia labris,
Ipſum cum Paphia deſpicis Odryſium.
Mox niueis cœli vectus ſuper ardua cygnis,
Qua ſola vnius ſemita facta ſolo eſt,
Vltra luciferum formoſæ Amathuſidis orbem,
Hic vbi in auratis Sol micat altus equis,
Mille rapis, monſtrante Deo, miracula rerum:
Et duplici mentis igne citas animum.
Hinc tua ſub noſtras venerunt Baſia chartas,
Baſia delicijs inuidioſa ſuis.
Baſia vel Pyliam nata emolire ſenectam,
Baſia vel ſanctos digna hilarare Deos.
Felicem ô te ſorte tua ter, Douſa, quaterque:
Ante obitum vita cœlicolûm frueris.
At mea me caris Lacheſis procul arcet ab oris,
Et miſerum ignoto iactat in exſilio.
Nec ſatis eſt Alpes modo tranſcendiſſe niueſque,
Saxaque mutatis vix ſuperanda feris:
Et toties ſpreuiſſe viæ diſcrimina cæca,
Tot ſubijſſe æſtus, tot ſubijſſe hiemes:
Ecce aliam ex alia cogor mox viſere gentem,
Currere & Inſubrum finibus vlterius.
Interea ferus inſtat Amor, Dominamq; relictam
Obijcit: & rapidas ventilat vſque faces.
Quid tibi iucundum noſtras incendere pœnas?
Tam tener hei nunquam non grauis eſſe potes?
Haud ego deſertor fugi tua ſigna Cupido.
Iuſta fuit patrium linquere cauſſa Larem.
Quam Tityo volucris, nobis concede quietem.
Plus ſatis eſt, duræ me mala ferre viæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Neue vaces; rigidos iſtis age ſubde ſagittis.
Per lacerum penetrant iam mihi tela iecur.
Aut ſi nulla meo tibi parcere cura dolori eſt;
Sit ſaltem pharetris parcere cura tuis.
Hæc ita, ſed ſurdæ, nequidquam conqueror auri:
Raptaque laſciui verba ferunt Zephyri.
Ille animum ſenſuſque meos ſine fine venenat:
Ille mihi noctes aſperat, ille dies.
Nec proſunt vltra dulces in carmine Diui
Delius & Muſæ, Thyrſiger, & Charites.
Nec me rura ſuis opibus halantia tangunt,
Nec tangunt cantus aut citharæ aut auium.
Omnia ſunt inamœna: vagus ſequor auia longe,
Atque horrere ſacras lugeo per ſilüas.
Turturis hic vidui vox eſt mihi grata gementis:
Ille meæ ſpeciem triſtitiæ vnus habet.
Hic lapidi lapis incumbens prope fontis ad vrnam,
(Vos eritis teſtes Naiades & Satyri.)
Ah quoties, lacrymis in mæſta cadentibus ora,
Irent perpetui fonte nouo latices:
Ni mox ſiccatas ambuſti pectoris æſtu
Agmine ſerpenti repere vix paterer!
Ah quoties patrias fruſtra conuertor ad oras:
Et querula nomen voce voco Dominæ!
Sæpe mihi Morpheus ipſi noua ſomnia fingo,
Somnia perpetuo vera futura mihi.
Sæpe ego ne tales pergam ſentire dolores,
Mygdoniis opto ſtare iugis ſcopulus.
Sic mihi flos vitæ, melior ſic deperit ætas:
Nec quiſquam externo porrigit auxilium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Nunc te per Genium ſtudij communis adoro,
Perque alterna ſacræ fœdera amicitiæ,
Adfer opem, curaſque animi proſcribe tyrannas:
Et tandem alloquijs me mihi redde tuis.
Nam potes: ipſe tibi Pæan ſua carmina donat,
Donat & Iſmariam Calliopæa lyram.
Maxima nec deſit doctis vis addita dictis,
Et quidquid Pitho vel probat Aegiale.
Quod mihi ſi ſæuos ſedâris in oſſibus ignes,
Fas ſit vt ingenij libera fila ſequi:
Non quia te noſtris ſperem pote tollere Muſis,
Sed qua mente Deos thure, mero colimus;
Aeterno tibi digna canam præconia verſu:
Virtutiſque tuæ Douſa poëta ferar.
Nec ſubtile Umbri metuam cenſoris acumen,
Et dabo Burenæ materiam inuidiæ.
Iamque adeo in tanto rerum quod turbine poſſum,
Qualiacumque meæ pignora Terpſichores
Mitto, dicoque tibi. ſolito tu ſuſcipe vultu
Quæ damus: atque Oculis eſto meis ſpeculum.

AD IVSTVM LIPSIVM.
Elegia II.

MVſæ Pierides, Muſæ genus ab Ioue ſacrum,
Alite cum Puero tuque Erycina Venus,
Et Lepor, & Charites, & Diuûm quidquid amicis
Præſidet, ac ſancta gaudet amicitia;
Dilectum pariter mecum inuitate ſodalem,
Et facite aduentu nos ſuo vt ille beet.

Adſis

Adſis ô Lipſi patriæ columenque decuſque:
Adſis, & coram nos face vt ipſe bees.
Hic te Mekerchus ſemper tuus atque Bryardus,
Te manet hic Victor, te manet hic Modius.
Nanſius, & Pantinus, & indigitatus ab vrna
Non ſenis impuri ſed Phrygis Iliadæ,
Unanimen vnanimes cupide opperiuntur amicum:
Cernere te Brugæ, te Ria noſter auet.
Brugæ ſcriptura illuſtres tua & Atticæ Athenæ:
At Ria prole virûm par Tiberi atque Pado.
In primis te Lernutius manet ex die in horas:
Nec pote diſcidium ferre tui vlterius.
Non ſecus abſentem Pylades quæſiuit Oreſtem,
Non ſecus abſentem Theſea Pirithous.
Sic mater iuuenem, quem trans maris æquora vĕtus
Cunctantem externis detinet hoſpitijs,
Irrequieta vocat: noctis ſic gaudia amator
Pacta ſibi exſpectare, & ſolet expetere.
Adſis ô Lipſi, patriæ columenque decuſque:
Adſis, & coram nos face vt ipſe bees.
Quid rear? an fidos liquiſti Iuſte penates?
An te coniugij cura domuſque tenet?
Optime & ex voto eſt. liquiſti Iuſte penates:
Nec te coniugij cura domuſque tenet.
Sic certe fidei præuenit epiſtola ſponſor,
Et ſperare bonam ſpem bene nos voluit.
Iamque Lare egreſſus proprio, tua prædia tranſis,
Corniger irriguo quæ lauat Iſca pede.
Bruxellamque ſubis, ſedem Regumque Ducumq;,
Ex merito Nemeſin Regum uidem atq; Ducũ.

Teſtis Cuninga, teſtis decumator Eous,
Et quotquot ſimiles induit in laqueos,
Naufragiumque ſolo in ſolido facere alta coëgit
Ambitio, & cæcæ mentis auaritia.
Et quamquam hic ſummis Belgi de rebus agatur,
Quid contra vafrum pro patria Autolycum
Facto opus, & contra Briareia monſtra Harpyias,
Totque lupos, Calpe quos alit occidua:
Aloſtum porro contendere pergis ad vrbem,
Vrbi diſſimilem, diſſimilemque ſibi
Ipſi, quæ modo flos erat & Teneræ vrbium ocellus,
Cum nondum diri militis inſidijs
Intercepta minas, cædeſque & ſtupra Marana
Pertulit. heu Diui, quæ fuit illa dies,
Hinc rurſus digreſſa manus cum perdita Iberûm
Funditus Europæ ſuſtulit emporium!
Tunc barathro Eumenides ſimul exſiluere profanæ:
Tunc Mars in peſtem perniciemq́, hominum,
Et mors incubuit; coniunctaque fata ferentes
Dictarunt Stygium perpetuo ære ſenem.
Non tot Camenſi ceciderunt clade Quirites:
Nec ſimili aggeſtas Laomedontis opes
Turbine victores rapuere ad Pergama Graij,
Argolica Troiam dum capit arte Sinon.
Ergo interfectæ tu cauſſa, pecunia, es vrbis?
Per te qui viuunt, viuere deſierunt.
Tu dubijs animos auxiſti mentibus: ex te
Orta lues ſcelerum prodigioſa fuit.
Tu Maurum trepidum, ſpectãtem ad fœdera pacis,
Audere inſana cuncta manu ſubigis.

Nam

Nam dum te affectat; periẏt fas iuſq; bonumque:
Et flamma periere innocui & gladio:
Et Ianus non iuſta piæ dare debita alumnæ,
Nec flere extremas audet ad inferias:
Sed ſua vulturiẏ nunc vexant membra vorantque
Improbi, & infanda luridi ab ingluuie.
O Maia genitrice nepos Cyllenie Atlantis,
Sic a ſtirpe orbis procubuiſſe forum?
Aut quidnam euerſa gaudes Gradiue Anuerſa?
Si neſcis neruus vrbs erat iſta tuus.
Scaldi quid auxiliũ imploras? quid Numina in ore
Surda tibi? ex adytis Diui abiere tui.
Nam tibi quæ flauo trepidabat flumine lympha,
Adſpice, purpureo ſanguine ſpiſſa rubet.
Adſpice, Mulcibero dominante incendia paſſim
Tecta vomunt. quid habes cur ſupereſſe velis?
Omnia ſunt tecum pariter tua commoda fracta:
Omnia ſunt tecum gaudia pulſa tua.
Abde caput miſerande: & pronam turbidus vrnam
Contere. nil ſupereſt cur ſupereſſe velis.
Aut patris Oceani in gremium fuge. forſitan illic
Fortunæ melior ſpes melioris erit.
Sic erit. ô votis ſuperi adſpirate ſecundi:
Et date compoſita viuere pace piẏs.
Prome caput, pronamq; relabere verſus ad vrnam:
Audierunt iuſtas Numina, Scaldi, preces.
Detumuere animi latronum. arx Ganda recepta eſt:
Qua ſine res etiam Flandrica peſſum ierat.
Ad quam deproperans propior fit Lipſius: & iam
Gorduno primum proximus ad lapidem:

Craſtina ſi faueat roſeo Dea Leucothoë ortu;
Speratum noſtra ponet in vrbe pedem.
Heu quæ non cupidum mulcent ſolatia pectus;
Dum deſiderijs mens animi icta ſuis
Nocturnum incuſat, optatque ardeſcere lucem,
Qua dabitur carum cernere poſſe caput.
Nunc lubet inuiſas penitus deponere curas,
Et mala cuncta auidis tradere turbinibus.
Nunc lubet Aonios iterum inſanire furores,
Auribus & doctis arte ſatisfacere.
Et niueo ſignare diem de more lapillo,
Plenaque lætitiæ tendere vela meæ.
Huc mihi verbenam puer, Aßyrioſq; liquores,
Cumque igni laurum, cumque mero calicem.
Ocyus hic aram viuo de ceſpite tolle,
Qua fugit intonſis lympha ſub arboribus.
Ipſe Deûm plena venerabor numina acerra
Proſtratus, ſacris & dabo thura focis.
Sancte vigil, tutela mei fidiſſima Lipsî,
Seu te progenitum Pleiade Mercurium,
Siue magis Phœbum, ſeu credere Palláda fas eſt:
Sis bonus, atque, olim quæ tibi vota, cape.
En tibi ſeruatos brumæ per tempora flores,
En tibi quæ crines ſpica Ciliſſa lauet.
Ante aram Phrygios iterat tibi tibia cantus.
Ad cantus facilem te precor eſſe mihi.
Diue faue: nam ſponſa fide promiſſaque poſco.
Tu iuuenem noſtris ſiſtito luminibus.
Neu amor eludens cupidum ſpe lactet inani:
Neu mora ſollicitum lentior excruciet.

Da

Da capere affatus, alternaque iungere verba:
  Da ſatiare oculos, da ſatiare animum.
Cras tibi pro meritis meriti ſoluentur honores:
  Et cadet ante tuos victima cæſa pedes.
Audimur: rata ſigna Deum teſtantur, & omen
  Delphica ſuccenſo laurus in igne crepat.
Ipſius & liquidis ſtillant vnguenta capillis:
  Et ſerta appoſitam decidit in pateram.

AD VICTOREM GISELINVM.
Elegia III.

Ex quo Belgarum patrio digreſſus ab orbe
  Sequanicæ adſcribor pars academiolæ;
Suſpicor irato Genio, auerſiſque Camenis,
  Nulla mihi mentem, nulla animum aura ſubît:
Nec me conſuetis luſtrauit Apollo choreis:
  Ipſe ſuis abijt ſpiritus e numeris.
Et iam quarta nouũ reparat Dea menſtrua cornu,
  Fraternis toties excita luminibus.
Sic vbi frigidior brumæ rigor impulit annum,
  Fluminaque hiberna adſtricta ſtupent glacie;
Ora premunt volucres, & vepribus in perplexis
  Languidulæ nullis ſe ſoluunt ſtudijs:
Horriferos hiemis tantum auerſatæ Aquilones,
  Querquera lugubri murmura voce iterant.
Nil igitur poſthac placidum manabit ab ore?
  Sic alium mutus vertar in Harpocratem?
Non ita Pierides cupiant: hoc nolit Hyella,
  Illa meis olim nobilis ex Oculis:

Cum me prima ſuis victum ſibi cepit ocellis:
Iuſſit & ad certos verba animare modos:
Reptantemque ſolo, vulgique in nocte latentem
Extulit e tenebris, & dedit eſſe aliquem.
Surge anima; atq; iterum nimiũ intermiſſa retracta
Carmina, Victori fauſta precanda tuo.
Qui nunc natales abitum meditatur ad oras,
Palladij repetens mœnia Louanij.
Hic vbi Deliades vitreo ſub fornice nymphæ
Sæpe illum intentis obſtupuere oculis:
Dum modo ſacratum Phœbo proiectus ad amnem
Verſibus inſolitis ſiſtere cogit aquas:
Nunc nemore in viridi turba admodulante voluerũ
Et ſaxis aures indit & arboribus:
Interdum AEolijs reſonans concentibus Echo
Incitat, ac vocis flectit ad arbitrium:
Arbitrium, exempto quod ſæcula fine loquantur,
Quodque hominem ſuperis inſerat ordinibus.
O mihi dum liceat porro vſque audire canentem,
Quam iuuet exactas rurſus inire vias:
Aut te per ſcopulos etiam Giſeline Ceraunos,
Aut per inhumanos perſequi Hyperboreos!
Nec me flagranti terreret Sirius aſtro,
Nec niuis æternæ terra adoperta gelu.
Vel tecum optatas peterem patrij orbis Athenas:
Vel pariter lympha mergerer in Stygia.
Nunc alio me fata trahunt. diuellimur ambo.
Quid faciam? temere eſt ſpernere velle Deos.
At tu, Faune, poëtarum tutela piorum,
Longa per externos quos via iactat agros:

Si mea ſæpe tuas decantat fiſtula laudes,
Si a tenero conſtans ſæpe tibi facio:
Incolumi da ſancte iterum cito iungar amico
Incolumis: nec nos diuidat vlla dies.
Tunc voti reus, irriguæ iuxta caput amnis,
Perſtrepit argutas qua lapis inter aquas,
Exeſa ſub rupe ſacram tibi moliar aram:
Grataque de Paphio ſerta feram nemore.
Hanc circum pueri, ſerieſque innupta puellarum
Et plaudent choreas, & tua facta canent.
Ipſe ego inumbratus viridanti tempora pinu,
Hædulus ardentem dum tremit ante focum,
Terna tibi laticis Nyſæi cymbia libans,
Ter celer ob flammas vertar & exſiliam.
Siue tamen redeo: reditum ſeu Parca negârit;
I, pete ſperatæ dulce ſolum patriæ.
Et longum mihi Victor aue, aue optime Victor:
Iam vocat ad ſolitos te tua Muſa choros.
Iam tibi conſtantes portat deus ales amores,
Blandaque coniugij vincula nectit Hymen.
Illis lætus eris, votoque ſolutior omni,
Cum ſimili reddet te puer ore patrem.
Ecce Coronides lateri ſociatus euntis
Contingi claro lumine ſe capitur.
Ecce nouo gaudens prodit Medicina paratu,
Ac merita frontem fronde tibi decorat.
Ante Valetudo campis emiſſa beatis,
Ingreditur proprio concomitante grege:
Grex Vigor atq; Iocus, Roburq; animiq; Voluptas,
Gaudiaque & ſancto iuncta Venus Bromio.

In medio Phœbus gemino tibi fœdere vinctus,
Et citharam læua ſuſtinet & Panacen:
Inſolitumque hilaris, tantoque elatus alumno
Inſtat, & admiſſos concitat alipedes.
Parte alia affectæ timor atque infamia terræ
Cum morbis altum Mors ruit in barathrum.
Saluete ô colles Grudij: tu Dilia ſalue:
Salue, vndanſque citis macte voluminibus.
Olim præteritis quæcumque audiſtis in annis,
Cum ſecura ſuo Cos ſtetit Hippocrate;
Ac cantu Diuos mouit Oeagrius Orpheus:
Fas eadem & noſtris cernere temporibus.

AD IVSTVM LIPSIVM. ELEGIA IV.

ET Genij ingenijque potens cultiſſime Lipſi,
Naſcentem placidis quẽ Dea Suada oculis
Dum rapuit, Lethæ eripuit: atque inuidia ipſa
Maiori indulſit viuere perpetuum:
Quîs nunc in ſtudijs te ſuſpicer excolere æuum?
An tetrica Aſtrææ munia iuſtitiæ
Indefeſſus obis? patrijque oblita retractas
Iura fori: & magnum es æmulus Aemilium?
An longinqua patrum facta atque antiqua reperta
Sedulus inuiſis eruîs e tenebris?
An genis ipſe tuo felici e pectore, quæ mox
Præſens & ventura omnia ſecla legant?
Et modo liberiora iuuat continguere verba
Melle Arpinati Cecropioque ſale?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Et modo ſtat choreis luſtrare Helicona nouenis,
Plectere & in numeros carmina dia ſuos?
An potius denſa Grudiûm admirante caterua
Exponis Veneti ſcripta operoſa Titi?
Perfunctuſque tibi temet furaris; & horti
Rure tui gaudes præ ſene Corycio:
Horti, quem ver aſſiduum, quem Flora, Venuſque
Incolit, & Zephyri credidit hoſpitium.
Non tibi nequidquam mentem ex meliore metallo
Iapetionides indidit atque animum:
Qui vulgi de more inſanis otia curis
Tranſigere, & tacitas condere opes cuperes;
Sed mage qui priſcis poßes certare diſertis,
Siue tuis Theſeu, ſiue Quirine tuis:
Per quem barbaries noſtro procul orbe fugata
Cocyti obſcuras ſe abderet in latebras:
Cuius de Borea laus iret dedita ad Auſtrum,
Iret ad Eoos, iret ad Heſperios.
Ergo Arcas Diuûm interpres, & carminis auctor
Cynthius, & Pallas virgoque maſque eadem;
Et Paphiæ comites, dominæ ſine veſte ſorores,
A puero meritis dedita turba tuis,
Aeterno ſanctoque tui inflammantur amore:
Certatim grates & tibi perſoluunt.
Aruaque Theſpiades fuſæ per aprica puellæ
Exercent dextras in tua dona agiles.
Hæc apium intexit caſiæ: metit hæc amaranthos:
Illa roſis pingit lilia puniceis.
Altera ſeptenas modulatur pollice chordas,
Et ſimiles chordis voce ſonos animat.

Illa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Illa tuum nomen bifidi ſuper ardua montis
Culmina corticibus ſcalpit in arboreis.
Nec iam Niſigena aut thyaſos inducit Iaccho,
Aut iacet heſterna membra grauis crapula:
Muſarum manibus ſed ſerta tibi interplexa
Fert vigil, & mentis ipſe ſuæ dominus:
O cœlo dilecte, tui flos vnice ſecli,
Salue, ait, & proprijs macte potens opibus.
Nec tibi ſit Craſſos mirari diuite ab auro,
Amplaque ab auratis atria porticibus:
Aut Arabo aduectas, Indoue ex æquore merces
Expetere, aut ſuccis vellera lota Tyri.
Iſta leues iactent animos per fanda nefanda.
Tu cape pugnatæ præmia militiæ.
En ego te niueis ſubuectum ad ſidera pennis
Mnemoſynæ ſtatuo conſpicuum ante pedes:
Et capiti impoſita immortali e fronde corona,
Hæc tua circumeat tempora, temporibus
Omnibus intemeranda; micantem fulgida ad Arcton
Dum ſtabit Creſſæ torta corolla Deæ.
Sic ille. adſenſu plauſere Aganippides vno:
Et patria Phœbus plauſit ab Ortygia:
Ipſe hedera vinctum mouit caput Euius Euan:
Fallor? an ad plauſum cor mihi ſubſilijt?

IANI

IANI LERNVTI

ODA.

AD BONAM VALETVDINEM.

O Diua dites quæ colis inſulas,
Præſens ſalubri temperie genus
Curare noſtrum, ſpemque præſens
Ludere præcipitem Charontis;
Te veſte molli vmbrata genas vocat
Ferox iuuentus: te ſenij vnicum
Leuamen ægri, quos ſenecta
Vi tacita attenuauit ætas.
Te cunctæ amicant ſollicitæ ſibi
Suiſque gentes, quaque oriens diem
Illuſtrat orbis, quaque pronus
Mergitur Heſperium ſub æquor:
Formidoloſa ne lue tabeat
Mortale ſeclum: neu populos frequens
Emiſſus Orco Lictor orci
Vaſtet atrox ſpolietque luce.
Te mater ambit læta Lubentia,
Choroſque Cantuſque & Charites manu
Ductans amica; nec Voluptas
Candida abeſt, validumque Robur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Te Liber, & ſtirps Vraniæ aureus
Sectatur Hymen, nec latus abnegat,
Quocumque ſub cœlo caducam
Iapeti ſobolem alma viſis.
At Tuſſis impura, at mala Febrium
Cohors faceſſit: diffugiunt pede
Tremente morbi, Morſque fundo
Exſulat interiore Auerni.
Serua cubantem Lipſium, & vltimam
Extende metam: neu patere abditæ
Antiquitatis occupatum
In ſtudio ante diem fuiſſe.
Heu impiorum, & nequitiæ pudet
Auûmque. quid non barbara polluit
Aetas? quid intactum nepotes
Vidimus? vnde ſtylum magiſter
Inſcitia effrons continuit? cui
Pepercit auctori? hoc vtinam caput
Orbi ſuperſit: ille priſcis
Reſtituet decus omne muſis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

IANI LERNVTI EPIGRAMMATA.

AD IANVM DOVSAM.

ADſpice & hæc, lauroque fauens & baccare luſtra,
O Phœbi ô Charitum, Douſa, cor atq; anime.
Nec mirere, rudis cur ſe tibi noſtra dicarit
Pieris, & nomen te velit eſſe ſuum.
Ingenio lucem domini quæ ferre negaret,
Victuram genio ſe putat illa tuo.
Sic & priſca tholis olim monumenta ſacrarunt.
Fallor? an & Clarium tu mihi numen eris?
Seu placet hoc ſuperis; ſeu fors manet altera; credam.
Quid vetat optata credulitate frui?
Adſpice & hæc, lauroque fauens & baccare luſtra.
Auguror, & Clarium tu mihi numen eris.

AD GOTOFREDVM HAEFTIVM.

CEnſuram Gotofrede mei tibi carminis edam.
Pars mala, pars melior peſſima, pars media eſt.
Quæris vbi bona ſunt? quære vt lubet. haud tamen vlla
Parte boni ſpecies vel ſimulata latet.
Vnde igitur victura reor? liuore carebunt.
Inuidiam quod habet, non ſolet eſſe diu.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

DE VENERE ET ROSIS.

DVm ſeptis Cytherea roſas legit aurea in hortis,
Quas iuueni in ſertum plecteret Aſſyrio;
Spinarum imprudens diſtrinxit acumine dextram:
Nec mora: conſpectu ſanguinis icta ſui,
Palluit: vtque Deam flores ſenſere pauentem;
Ex illo ſemper erubuere roſæ.

AD FVRIVM.

VIs dicam, Furi, quare tuus iſte libellus
Proijcit ampullas, & tumide inflat vircm?
Cum nunc ſacrorum faſtos, ac Pontificum ius,
Nunc crepat hiſtorias, ſcriptaque perpetua:
Quæq; alia haud vmquã tibi ſunt per ſomnia viſa,
Ne dicam ſtudijs euigilata tuis.
Neſcio quid certe eſt: an verum cantat Apollo;
Nominis augendi omnia te facere?
Sic certe: clamat cerebri veſania, morbum
Vt pellas, ſuccis eſſe opus Anticyræ.

IN VIPERAM.

VIpera habet dextras, quarum eſt pice lẽtior Idæ
Altera, Vibenni eſt altera vera ſoror.
Vipera homo eſt ater: nam ſanctos ſpernit amores,
Et fas vt libuit iuxta amat, atque nefas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Vipera homo eſt demens; nec ſperat vindicis iram,
Deprenſus pergit qui temere eſſe ſagax.
Sed nunc id crucior, quod grato, ingratus haberi
Suſtinet, & furto polluit hoſpitium.
Non impune tamen: qui ſis, te te omnia ſecla
Noſcent, & venies Vipera in ora virûm.

AD FLORVM.

DAmnat Fuſio noſtra, Flore, damnat
Ille Fuſio, Fuſio ille, ſecli
Ingens opprobrium ſui. quid? anne
Damnat Fuſio noſtra Flore? laudat.

DE BASSO.

CVr coccinata fulgidus nitet veſte,
Nec leucophæam Baſſus, vt ſolet, geſtat?
Sponſo placere vult ſuo: breui nubet.

AD IACOBVM HAEFTIVM.

SI quiſquam tibi ſincero ſe fœdere iunxit,
Et rebus penitus ſe dedit ipſe tuis:
Quem neq; fortuna tumidum Fors blandior inflet,
Nec metus infringat aſperior timidum:
Huius me fido vnanimem, Haefti, ſcribito in albo:
Et tibi Dardanium me eſſe puta Hyrtacidem.

IN MILITIAM TEMPORIS NOSTRI.

QVid faciat virtus, vbi Fors regit omnia: & ictu
Ardua fulmineo ſubruta quæque ruunt?
Ipſi Pelides, quos extimuiſſet & Hector,
Sæpius imbelli morte cadunt globuli.
Bellum ergo Andabatûm nihil eſt niſi mutua cædes.
Et Deus, ex alto qui videt, hanc patitur?

DE IOVE ET AMORE.

NEquitias pueri pater incuſabat Amoris
Acrior, irarum non ſine nube tonans.
Huic Amor: ardenti, quantum pote, fulmine ſæui:
Et gelido, dixit, flumine nabis olor.

IN VIPERAM.

VIpera non fruſtra aut temere mihi cognite furax,
Quæ mala te tantum crux agit in facinus?
Siccine blanditijs, & magniloquentia abutens,
Delicias rapuiſti & bona cuncta mea?
Nec pudet? hei Muſæ noſtræ interfector acerbe!
Hei peſtis vitæ, perniciesque meæ!

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

IN HYARENAM.

DIffícilem quod te nimis, auſteramq; vocarim,
Da veniam. in culpa non ego, feruor erat.
Ecce recantatis ſtudium eſt tibi parcere dictis.
Mollis es, & facilis: nulli Hyarena negas.

AD IANVM DOVSAM.

STemmata ſiquis miretur; tibi ſtemmata, Douſa,
Sunt veterum Herois ducta ab originibus.
Sin animum ingenio mauult & moribus auctum;
Moribus eſt animus auctus & ingenio.
Diuitias potius fuluo ſi ſpectet in auro;
Quæ & cupidum ſatient ſunt tibi diuitiæ.
Ante alios triplici ſic nobilitatus honore,
Vnicus es veræ nobilitatis honor.

AD AFRVM.

OMnia molitur, quo rem ſtruat, Afer Iberus:
Et tamen infelix, Irus vt alter, eget:
Per flammas, per ſaxa ruit: non flumina terrent,
Non via naufragis inuia vorticibus.
Afflet odor nares lucri ſemel; ilicet ibit
Vltra Memnonidas, vltra & Hyperboreos,
Nil graue, nil durum cupido: vel fata laceſſet,
Et Vitam infeſtis offeret agminibus.
Mirandum iure & merito eſt, tituliſq; notandum.
Quis credat? ſatagit nec ſat Iberus agit.

IN ANTONIVM.

MOEchus es, & leno, & periurus, & helluo. miror
Te pater, Antoni, cur ſpurium eſſe putet?

DE MILVIO.

Miluius expertus ſcabiem male ſerpere Iberam,
Si quis vulginaga perficit in Chione:
Hanc ipſam vt vitet; vitat muliebria ſecla:
Et vomit, & potat perdite, amatque potos.
Quod voluit cauit. ſcabie tamen integer vt ſit,
Haud opus Huiaco eſt: Oeta opus Herculea eſt.

AD LINVM.

PRomittis toties: & adhuc Line, ſcribere ceſſas?
Duxi ais vxorem. do veniam, haud tuus es.

EPITAPHIVM IVVENIS FORMOSI.

ANte diem primis vitæ ſurreptus in annis
Inter mortales deſijt eſſe Crotus.
Qui puerum letho exſtinctum putat, errat: Adonis
Alter Perſephonæ, Diti Hyacinthus abit.

FLAC-

FLACCILLÆ EPITAPHIVM.

DVm bibit & crebris Flaccilla trientibus inſtat,
Obruit immodico viſcera, ſeq; Deo.
Quo non mors penetrat? fruſtra fugis æquora: in ipſa,
Cum volet hæc, menſa naufragium facies.

IN OLLVM.

ANte nihil fueras: ſubito nunc ſumma tenentem
Te Fors deſtituit. rurſus es, Olle, nihil.

AD QVINTVM.

Multaq;, magnaq; ſunt, quæ ſcribis maxime (Quinte:
Atque albo inſcribi vis Heliconiadum.
Vel Rex, vel Cæſar, vel Iuppiter eſto; libido
Multa tibi, & magna ſcribere dum maneat.

AD HYELLAM.

SI fortaſſe meis dabitur ſupereſſe Camenis,
Aeternum in noſtro carmine nomen eris.
Sin tantum ſperare nefas: quod Lux mea fas eſt,
Aeternum in noſtro pectore Numen eris.
Illius ergo arram hanc, immo aram, pono dicoque:
Qua ſuper vratur mens tibi & ingenium.

DE FILIO IANI DOVSÆ.

NAſcere Douſæis promiſſe Penatibus hæres,
Altera lux patriæ naſcere magne puer.
Quem pater Aonia madidum Pimplæide inundet
Largius, Aeaciden quam Stygio amne Thetis:
Vmbratumque hedera Parnaſſi attollat in arces,
Quo nec Mincigenæ fas fuit ire ſeni.
Ipſa tibi ſacri reſerat Charis Orgia luci:
Totaque recluſis poſtibus Aſcra patet.

AD FALCVLAM.

CEſſerunt hoſtes domiti: res, Falcula, geſta
Fortiter, inuictum te ſtatuere tuis.
Nec iam quod timeas ſuperat: Mars cuncta repreſſit,
Et tibi ad arbitrium contulit omne decus.
Exſultare tamen nimium caue: prœlia reſtant.
Ut temnas alios, Falcula, te metue.

IN STELLIONEM.

PErpetuas ſcripſiſſe notas ſe Stellio dicit
Iuſtinianei codicis ad placita.
Dicit. ſed fronte amiſſa quæ Stellio dicit,
Dicere Cretenſem credite, vel Ligurem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

IN ÆDILVM.

FEmineum genus exoſus fugis Aedile: gaude,
Euripidi ſimilem te Deus eſſe dedit.
Cirratos impendio amans petit Aedile: perge,
Aeagri comes hîc & tibi natus erit.
Peruigil ad cyathos noctem trahis Aedile: macte,
Hac ipſum æquaſti laude Meleſigenem.
Deſidia ignauus molli fluis Aedile: quid ni?
Otia ſectatus fertur & ante Maro.
Per furta & plagia ad famam ruis Aedile. numquis
Par tibi & hîc? ſiquis Aedile, ne valeam.

EPITAPHIVM L. DVCATII.

SIſte gradum, tumuloq; nouos inſperge amarantos,
Fauſtaque ter cineri verba precare ſacro.
Hîc ſpes Aonidum cubat aurea: merſit amores
Hîc & Athenæa Palladis & Charitum
Impia non miti mors funere: Lucius hîc eſt,
Ille ſuæ Ligiæ lux ſimul ac tenebræ.
Lux; Aganippæi cum per iuga laurea montis
Raptus, inexſtincto lumine eam irradiat.
Nunc contra tenebræ; tenero cum veris in æuo
Infelix diro concidit interitu.
Ah fatum crudele! quid ah quid acerba libido
Carpere te ſubijt! vix modo vita ſuos
Torſerat egrediens ſextæ trieteridis orbes:
Et taxo viſa eſt digna quati Stygia!

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Macte tamen iuuenis: non te Cocytia mergent
Flumina: non ſaeui triſtior aura Erebi
Illuſtrem ex merito nebulis inuoluet opacis.
Mortuus & phœnix tu tibi verus eris.

AD AMICVM.

ET *montes etiam intonſi te abſente queruntur:*
Mæſtaque deciduis ſilua gemit folijs.
Ante alia abruptos delamentatur amores
Scultenna, vndantique auius amne furit.
Sed quamquã exſilio ipſa tuo haud animata mouen-
Crudior hei nulli, quam mihi, luctus abes. (tur,
Felicem Nioben! bis ſex ad buſta, dolores
Ponere crudeles facta lapis potuit.

DE MACRINO.

A*Rgolicum vincit longe Macrinus Homerum.*
Qua ratione rogas? nocte dieque bibit.

IN ANTIQVARIVM.

EX *his qui viuunt, nullum probat Auila vatem.*
Cui bonus eſt nemo, quis malus eſſe poteſt?

AD ATTALVM.

C*Vm tibi ſit coniux rara pulcherrima forma;*
Miraris, quare tot tua teque colant?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Haut ſat quo tendant aduertis: an Attale mirũ eſt,
Laute cœnantem ſi Gnatho Apicium amet?

AD TVMVLVM FRANCISCI PETRARCHÆ.

DII tenuem tibi terrã & in vrna perpetuũ ver:
Ardoris noſtri magne poëta iaces.

DE PHILANDRO.

INgenio florens olim atque ætate Philander,
Munia tractabat irrequieta fori.
Nunc ſenior Muſis affectos deuouet annos.
Quam bene Mercurio Calliope apta ſuo eſt!

CONTRARIVM DE ÆMILIO.

CVm virides Phœbo Aemilius ſacrauerit annos;
Nunc fora ſectatur litigioſa ſenex.
Mutati cauſſam ſtudij ſcis Angele? nummis
In ſaltu tendit fertiliore plagas.

IN QVENDAM.

LIbertas paciſque bonæ bona commoda quando
Ah iterum terras miſſa polo repetent?
Impius & demens, tragicaque agitatus Erinny,
Quiſquis opes potius, quam bona pacis amat.
Mygdonios teneat campos, Hermumq́ue, Tagumq́ue;
Seruiat: & Martem qui colit vſque colat.

AD

AD VICTOREM GISELINVM.

MOnſtrorum genera in numerum quis cogere ſperet?
Non tot taurigenæ mella legunt volucres.
Hic oculo caret, eſtq; Gigas: caret auribus ille:
Hic prauo ac turpi corpore pumilio eſt.
Sunt qui natura ambigua ſint Hermaphroditi:
Quoſdam ad opus neutrum cernimus appoſitos.
Verum vt narrando percurras ſingula, monſtrum
Aeque admirandum, non fuit, eſt vel erit;
Vt modo quod noſtris natum regionibus ipſi
Vidimus, horrenda monſtrificum ſpecie.
Id quamuis durum Victor mihi credere: crede,
Vera loquor, geſtat in capite Hyllo pedes.

AD PONTICVM.

VErſiculos facias quod in hora ſæpe ducentos,
Pontice Virgilium te ſuperare putas.
Ne fallas, ne fallaris: non Pontice multa,
Sed multum ſcribet, qui volet eſſe Maro.

IN MILVIVM.

MIluius eſt doctus. quid ni? qui condere libros
Audet & antiqui prodere iura Numæ?
Sed tamen hic doctus Phœbo ſit doctior ipſo,
Pagina ſi plagijs illius vlla vacet.

AD

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

AD SALVAGVM.

SAluage dum licuit lumen decurrere vitæ,
Atque hominum in numero fas fuit eſſe tibi:
Omnibus inuiſus, ſimul inuidus omnibus, alter
Vt draco, congeſtas abdis auarus opes.
At nunc te ecce vocat fuſcæ Deus arbiter aulæ.
Nil bene feciſti Saluage: iam facies.

AD PAPILVM.

FIliolum aſtrologus tibi Papile dixerat vnum
Cœli annuiſſe ſidera.
Ecce duos tua Polla tulit. quid Papile cenſes?
Vana arte nixum & futili?
Nil minus. aſtrologo ſua conſtant dicta: ſecundum
Mœcha addit hunc vxor tibi.

AD LECTOREM.

INgentes alius ſeraque coronide libros
Extendat, numeris ludat & innumeris.
Ipſe ego pauca dedi. cui non niſi multa placere
Magna ſolent, Quintis gaudeat. hæc mea ſunt.

FINIS.

Auſones hîc & Germani Gallique & Iberi
Quod demirentur quodque imitentur habent.

F. N. I.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Addenda.

In Tacitum Iuſti Lipſij

Elegia.

VT cùm Sol oritur, cedunt vmbræq; ſoporque,
Noxque abit atrata cincta caput nebula;
Luce noua albeſcunt auræq; & cærula cæli,
Atque mari & terræ redditur inde color:
Sic poſtquam ingenij cœpiſti fundere lumen,
Et per te antiquis fama revixit auis;
Artes emerſere bonæ, bona priſca reperta
E longo rurſus enituêre ſitu.
Fugit Barbaries, totos jam mille per annos
Regnata, & præceps iuit in exſilium.
Ipſa caput victrix attollit Belgica cælo,
Quamuis preſſa malis innumerabilibus:
Virgineaſq; tibi nutrit iam ſedula lauros,
Cedere ſe & Celtis Auſoniæq; negat.
Iure tuo: nam quis ſeſe tibi comparet, arte
Siue opus eſt, ipſo ſive opus ingenio?
Non ille, egregiis monumentis clarus vbique,
Italus in Gallis, Gallus in Italia:
Non rigida & veteri qui de virtute locutus
Viuit, & Arpinas audit in vrbe nouus:
Non alij, quorum noſtra hæc & ſerior ætas
Intexet chartis nomina perpetuis.
Nam patria procul atque bonis, ciuilia paſſus

Vulnera, & vndoſi litus ad Oceani,
Continuis languens morbis, & mortis auaræ
Faucibus ereptus atque iterum atque iterum,
Aut priſcæ hiſtoriæ, & iuris primordia ſancti
In Batauis magno primus honore doces:
Pegaſidéſque olim potas Aganippide lympha,
Mel bibere & nectar cogis in Oceano:
Aut operæ immodicus nocturnæ ad ſigna lucernæ
Mandas æternis ſcripta voluminibus.
Sic modò prodierunt lecta illa Electa, ſimulq;
Prodierunt Latij lautitiæ & Veneres.
Sic & Epiſtolicæ: mellitum opus & ſale tinctum
Illo, vnde, vt fama eſt, Cyprigena orta dea.
Sic tua nunc olim viuunt Conuiuia in Orbe,
Queis Hebe aſperſit mattia cælicolûm.
Ecce iterum Tacitus, totum quem pænè lituris
Opplerat medio tempore Barbaries,
Purus & illuſtratus, in antiquumq; nitorem
Redditus, optatò prodit in ora hominum.
Æſona non aliter memorant Medeïde canam
Arte comam, & rugas depoſuiſſe ſenem.
Hunc Tacite ô Cæſar dignum te, iam face mille
Deſcriptum exemplis pulpita cuncta habeant.
Sed quid opus fiſci reditus abſumere? quidve
Scribarum celeres ſollicitare operas?
Nam Tacitus Plantinus erit, qui parua opera & re
Efficiet magno Cæſare maius opus.
Macti eſte eximio Tacite & Plantine labore,
Et Lipſi noſtræ maxima pars animæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Ad Henricum Stephanum, ſuper Noctium Atticarum ſcriptore.

Gellius audierat, natum ſibi nomen Agelli,
Deq; Aullo atque aulla vix ſibi quid reliquum.
Nec tantũ audierat: geminos quoque ſenſerat in ſe
Et ſua graſſari lumina vulturios.
Lumina, quæ primum Actæis orientia Athenis
Accendêre diem Noctibus in medijs:
Inde perenniter immenſum diffuſa per æuum
Nunc etiam antiquas diſcutiunt tenebras.
Ergo ſuis ne viſceribus, velut ante Prometheus,
Paſceret obſcænas nec ſatiaret aves:
Vt quondam Endymiona ſuum fallacia lunæ
Sopijt, in Latmi compoſuitq; iugis:
Stertere eos vigiles, & ſomnia cernere fecit,
Somnia fumoſis ebria imaginibus.
Sic e vulturio iam factus noctua uterque,
In medio noctem quærit uterque die.
Ne, Stephane, ſperes lucem ullam Gellio ab illis,
Ni tibi vis ſperes, & mera verba dari.
Namque diu affectos quam pergant edere fatus,
Crede mihi, pariet Marmarica ante elephas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

In Stellionem.

Verſus Echonini.

A Rheno ad Gades fugiens tua crimina vades:
Et dum ſæpe mades, Stellio, ſæpe cades.
Sic Nemeſi pœnas ſolues, quia ſolvere cænas
Negligis, & venas turgidus atque genas.
Gaudebunt noti, gaudebunt corde remoti:
Lugebunt poti, ſuppoſitiq; poti.
Vndas potabis, nec ſpem cum fruge ſecabis:
Oraq; ſedabis ſicca famemq; fabis.
Veſte levis vili doctis eris omnibus bili:
Et tibi eris bili, gentibus atque pili.
Te Muſæ fugient, oſores & tibi ſient,
Qui te cunque cient, vt tua facta pient.
Et ſimul ipſa Themis, lancem cui perfide demis:
Et Doctor ſemis, fœnere fœnus emis.
Te fugient cari, fracta iam teſſera amari,
Optabuntq; dari præcipe morte mari:
Ne cuiquam noceas poſt hac, atque uſque choreas
Remorum ipſe ineas, aut iniens obeas.
Iſta Leoninus mitto tibi carmina Dinus;
Nam tuus ac Cinus, non clueo arte minus.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37



TVTA EST ÆGIDE PALLAS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Errata quædam, ſic emendanda.

Pag. 18. Verſ. 25. *Recte & omnia curas.* Lege *Recte vt o.c.* p. 20. v. 10. *aut Rhodope, aut Athijs,* lege *Athos.* p. 24. v. 15. *Vitæ optimum ſuo æquimentum,* lege *V. o. ſit æqu.* p. 26. v. 17. *Qui lætæ magnis luminibus loca,* lege *fluminibus.* p. 29. v. 7. *Quadriformi opere,* lege *opera.* p. 34. v. 14. *Sit ſinus atque uſus,* lege *Sit ſuus a u.* p. 35. v. 3. *Præq; illa Idalum,* lege *Idalium.* p. 36. v. 5. *Et Gener & Soceri,* lege *Et Generi, e. S.* p. 40. v. 8. *Qua comam ſueſti cohibere laxum,* lege *laxam.* Ibid. v. 9. *Et nova cœlo,* lege *Et nova è cœlo.* p. 45. v. 7. *quam ducta ſit uxor,* lege *quum d. ſ u.* p. 47. v. ult. *Specta avidos præde,* lege *prædæ.* p. 51. v. 2. *Quidquid habere potes,* lege *q. havere p.* Ibid. v. 15. *Aut tutum exilibus,* lege *exulibus.* p. 59. v. 15. *Prætexto tenui,* lege *Prætexta.* p. 62. v. 9. *Ni Deus incertis,* lege *iniectis.* p. 65. v. 3. *Aruduaturris,* lege *Ardua.* p. 72. v. 18. De ſe quiſque cædat ſibi, *lege* credat ſibi. p. 79. v. 13. *bene dicere norit,* lege *noris.* p. 97. v. 6. *Figis pro templo luminis,* lege *liminis.* p. 129. v. 18. *Dux Phtîus,* lege *Phthius.* p. 150. v. 21. *parcet fortuna,* lege *parcat.* p. 151. v. 19. *Aut Venus eripiunt,* lege *Aut Venus huic rapuit.* p. 175. v. 18. *quæ vaga membra rigat,* lege *rigas.* p. 198. v. 5. *gens ruri & ſueta,* lege *g. ruri aſſueta.* p. 199. v. 2. *quæ vaga garrit avis,* lege *gurrit a.* p. 208. v. 21. *non ulla obnuberet ætas,* lege *obnubilet æ.* p. 210. v. 24. *Gramina deſpumans,* lege *Gramine.* p. 211. v. 9. *Commoda prima domi,* lege *C. priva domi.* p. 117. v. 13. *quodcunq; abit abditum,* lege *habet abd.* p. 120. v. 21. *Pace fruens illo,* lege *illa.* p. 223. v. 7. *cane Delie feſti,* lege *feſtum.* p. 240. v. 10. *Hinc, operi tanto,* lege *Huic operi t.*

p. 241.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

p. 241: v. 2. *perſtitit, ac veteris,* lege *at veteris.* p. 246. v. 17. *enectaque nox eſt,* lege *nex eſt.* p. 247. v. 11. *Dicatur terræ ſol,* lege *ſal.* p. 248. v. 23. *Sublimi æternum Nomen,* lege *Numen.* p. 251. v. 23. *te iubet æmulum,* lege *æmulam.* p. 252. v. 14. *Mater Virgo cavas,* lege *cavæ.* p. 258. v. 26. Pulchrum enim putant, *lege* putavit. p. 263. v. 4. *E nihilo fuit,* lege *fluit.* p. 265. v. 2. *Res maris,* lege *Rex maris.* p. 266. v. 9. *Hoc fretus volucrem rapuit,* lege *rexit.* p. 272. v. 15. *Perpetuoſque Deo grates,* lege *Perpetuaſque.* p. 284. v. 2. Scriectil Rodorni, *lege* Scriecki R. p. 287. v. 17. *Exultantque leves,* lege *Exultante leves.* Ibid. v. 28. *Altius hinc Plautus,* lege *Attius h. P.* p. 388. v. antepenult. *& bona cuncta mea,* lege *bona.* p. 389. v. 3. *fervor era,* lege *erat.* Ibid. v. antepenult. *Et Vitam,* lege *vitam.* p. 393. v. 3. *petit Ædile,* lege *petis Ædile.* His, alijſque benigne ignoſces.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

VII

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
235 E 37